aliisq[ue] ex causis matura deliberatione perpensis
& rationatis, facto unanimi consilio & assensu censuit re
currendum esse ad Venerabilem Communitatem CC.
Doctorum et Professorum Collegii Majoris, uti Domin
Collegii Minoris et Professionum ejusdem Legitimorum
& Patronorum, quatenus in Reformationem hujusmodi
Professionis Laboroviana, ad normam & exemplum Tr
gnoviana, convertire, conversumq[ue] Almæ Universitat
ti, in quantum opus fuerit, cum ad effectum procurand
respectivè verò pro Approbatione hujusce Reformationis
ad Celsissimum Principem Loci Ordinarium, uti Univer
sitatis Cancellarium, & Apostolicum Visitatorem, pr
ces suas interponere, caterasq[ue] juris & facti opportunas re
media, advota & exposita istius Collegii Minoris so
stulata & desideria providere, ostatumq[ue] ad effectum
deducere gratiosè dignetur. Submittit primisve Senato
præsentium eadem Communitas Collegii Minoris, quo
adhuc & utiliter administrandam Villam Sidzina
ctam gnarum rei Oeconomicæ Professorem è medio su
constituet & designabit, proventus ex eadem Villa
ad calculationem perapstos, non aliter nisi in emolu
Mensæ Communis Collegii sui convertet, & quod de

Summa ex Sidzina recepta, (: quæ demptis fundi expensis, ultra Mille Florenos Polonicales non censetur posse ascendere :) Professorem & Altaristam Zaborovianum pro celebrandis in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi bis in hebdomada Sacrificiis, & tradendis Lectionibus juxta mentem Fundatoris et Ordinationes Facultatis Philosophicæ, è medio sui, à quo de Jure eligendum et constituendum, quotannis sine ulla renitentia salariabit, & præterea in participatione tam Mensæ communis, quàm aliarum obventionum ejusdem Collegii dictum Professorem conservabit. Quam quidem Conclusionem ex unanimi, ùt præmissum est, consensu factam, & Actis Collegii Minoris inscriptam et ingrossatam, per extractum in forma debita cum subscriptione Officii ejusdem Domus Collegii Minoris extradendam, et Venerabili Officio Collegii Majoris cum debita observantia per Præpositum Domus offerendam commendavit et [illegible]vit. Die et Anno [illegible]

M. Mathias Antonius Potaczewski Collegii minoris Præpositus. mpp.

M. Josephus Wisniowski Consiliarius Primus mp.

Franciscus Stanislaus Kostka Kolendowicz Consiliarius secundus.


Inches
Centimetres
Colour Chart #13
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
Black

ab Exercitu Russico Confœderatam Nobilitatem Regni hostiliter persequente, uti multa alia damna causata, ita etiam in Suburbiis hujus Cracie Metropolis Domus nonnullæ superius expressæ, cæteræq nondum specificatæ hoc loci (ex quibus Census annuus a suis Summis capitalibus iisdem inscriptis percipi solebat) exustæ igne hostili et penitus consagratæ induxit in animum conformi omnium Professorum assensu curandum esse jam alias aliquoties in ante attentatam conversionem Villæ Sidzina in subsidium Mensæ, perindeq censuit recurrendum esse post Fata Illustris Clarissimi ac Adm Rndi D. M. Stanislai Korczynski Phiæ Dni et Prfris Collegæ minoris S. Annæ Crac. Collegiatæ Ecclesiæ Custodis, immediati dictæ Villæ Sidzina Possessoris subrecuta, ad Venerabilem Communitatem Collegii Majoris, ab Eoq demissius rogandum supplicandumq ut præbeat Consensum recursum faciendi ad Quem de Jure spectat. Primò quidem ad Loci Ordinarium sive Ejus Locum Tenentem ab Eoq petendi immutationem Dotis sive Conversionem Villæ mentionatæ Sidzina in subsidium Mensæ totius Communitatis V. Quod quidem desiderium et intentum postulatum V. Communitas Domûs minoris expositis justissimis motivis (ut in Decreto videre est) necnon ante Latis hac in materia aliquibus Conclusionibus unà cum Conclusione allegata Majoris Collegii super Conversione Villæ Sidzina Anno Dni 1626 Die 26 augusti Lata, optatum deduxit ad effectum hac novissima Conclusione sua ad præmissa mediante.

Conversio Villæ Sidzina. vid. infr. fol. 23. 24.

In Secunda Præpositura

M. Mathiæ Antonii Potaczewski Philosophiæ Doctoris et Professoris Collegæ minoris Universitatis Cracoviensis Syndici ecc. Rectoratu vero nono Perillustris Clarissimi ac Adm Rndi D. M. Casimiri Steplowski Sacræ Thiæ Dris et Professoris Ejusdemq Facultatis Procancellarii

Collegii Majoris Senioris Patris Ecclesiarum Collegiatæ S. Floriani Clepardiæ ad Cruc: Decani S. Jacobi Casimiriæ Præpositi &c. Studii Generalis Almæ Universitatis Cracoviensis amplissimi Rectoris.

Anno Domini 1760 Die 2da 8bris Extradita fuit Convocatio formâ et stylô solitis super sequentibus Punctis. 1mo ad eligendum vel reeligendum novum Præpositum pro instanti Trimestri sive Quartuali S. Luciæ. 2do ad approbandum Rationes præteriti Quartualis. Cui Convocationi datô locô.

Reelectio Præpositi. Ad 1. Reelectus est ex unanimi Venerabilis Communitatis voto et assensu in Præpositum Illustris Clar: Adm Rndus D. M. Mathias Potaczewski Phiæ Dr et Prfr. Collega minor Almæ Universitatis Cracoviensis Syndicus. Ad 2dum Facta per Illustres Clarissimos ac Adm Rndos Dominos Consiliarios sufficienti

Rationum Approbatio. de Perceptis et Expensis informatione placuit Venerabili Communitati supradictas Rationes approbari, et approbatæ sunt.

Anno Domini 1769 Die 11 Januari Extradita fuit Convocatio in forma et stylo solitis ad resolvendum sequentia Puncta. 1mo ad eligendum Plenipotentem qui agat ubi de jure in Causa reformandæ Professionis Zaboroviana 2do ad providendum dictæ Causæ necessarias impensas faciendas. 3tio ad eligendum conveniendumq in Kielcensi Episcopali Curia prætactæ jam Causæ evincendæ Procuratorem sive Patronum. 4to Literæ Supplicatoriæ scribendæ ad Judicium Kielcense Curiale 5to. Conclusiones in ante hac in materia latæ et formatæ, uti et alia opportuna ad probandam Causam et debito fine terminandam, documenta Procuratori negotii transmittenda et expedienda.

Cui Convocationi datô locô ex unanimi omnium Consensu Puncta in hunc modum resoluta. Ad 1mum Electus sum Egomet Ipse M. Mathias Potaczewski Phiæ Dr et Pfr Collega minor protunc Domûs Minoris Præpositus in Plenipotentem seu Procuratorem, ad agendum ubi de jure, meo et totius V. C. nomine, in Causa reformandæ Professionis Zaboroviana. Ad 2dum Venerabilis Communitas Collegii minoris impetrato obtentoq favorabiliter per Conclusionem factam Consensu à Patrona Domo Collegii Majoris curandi Convenionem dotis Villæ Sidzina, protinus, ad ea quæ juris erant se contulit, Ac proinde Causam præprimis ad Quem de Jure expediendam indilate, discutiendam optatumq ad effectum deducendam mihi Præposito protunc existenti commisit et commendavit. Similiter omnes Litis expensas necessarias, quæcunq circa dictam Causam contigerint, faciendas esse censuit. Sed cum in suo Archivo præter quatuor nummos aureos levissimi ponderis, defectum peculii repererit. Idcirco ad citationem Illustris Josephi Wisniowski Consiliarii primi, me Præpositum supradictum obligatum rogatumq habere voluit, ut præinsertas Litis expensas meis propriis sumptibus impenderem, cum Conditione tamen easdem impensas ex tenuta Villæ Sidzina, sive ejus proventibus, (quamprimum ab uno Possessore advitalitio in totam Communitatem Conversa, jureq evicta fuerit) sibi restituendas et resarciendas atque repetendas. Sinsecus: ex massâ Substantiæ Collegii minoris refundendas, declaravit. Quod quidem Causæ Negotium taliter mihi delatum et commissum pro munere officii Præpositalis seclusô omni aliô privato motivô, amore duntaxat allectus boni Communis suscepi, feliciter evici, optatum ad effectum deduxi, debitoq fine adjuvante Deo terminavi. Decretum vero Ilcensis 13 Febr: 1769 Latum Kielciis, extractum, manu subscriptum Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Josephi Olechowski Canonici Cathedralis Crac: Locum Tenentis in Spiritualibus Gnôtis, appositoq Sigillo munitum.

Procurator Conversionis Villæ Sidzina.

Litis expensarum refusio.

Decretum Conversionis.

Ad 3tium. In Procuratorem Causa tuenda et evincenda in Curia Episcopali Kielcensi, electus est Generosus ac Jurisconsultissimus Dominus ..... Widera Causarum acerrimus Propugnator. Ad 4tum Scripta sunt Litere Supplicatorie. Instantiales per Reverendissimum Jacobum Marcisowski J.U. Doctorem ac Professorem Collegam Juridicum Ecclesiarum Cathedralis Cracov. Canonicum Collegiate SS. OO. Cracovia Primicerium, Parochialium in Koniusza et Zobiedno Præpositum Judicem Surrogatum, Patronum gratiosissimum Collegio minori faventissimum Prælectorem Vdg ad Illustrissimum et Reverendissimum Supremenitibratum Josephum Olechowski Judicem in Curia Episcopali Kielcensi Locumtenentem. Jam verò per Præpositum Collegii minoris Nomine totius Vr. Communitatis expressum cum suis desideriis explicatis et informationibus debitis Litera postulatorie seu Supplicatorie ad suum Judicium Curiale Kielcense directe, aliquoties, repetite. Quorum tenorem et contextum videre licet in Libro Decreta Kielcensia ob tempora usui colonis ob[servato] in 4to: Ad 5tum. Conclusiones tam Domûs majoris quàm Domûs minoris hac in materia latæ Ao 1760 # Anno 1629 d. 26 augusti. nuntiaret recens minorum Ao 1760 d. 24. mensis 9bris. Sicut et alia Documenta, transumpta, copiata ad probandam Causam et evincendam omnino necessaria suo Procuratori supra memorato consignata, collecta, Legalisata transmissa sunt. una cum pensione congrua sive se concernente Salario.

Anno Domini 1769 Die 16. Februarii: Extradita fuit Convocatio forma et stylo solitis. Super sequentibus Punctis Imo ad eligendum novum Præpositum pro Instanti Semestri Cinerum. 2do quoad alia utilitatem Domûs Nræ concernentia. Quantum ad Imum Electus est in Præpositum Domûs minoris ex unanimi omnium assensu et voto Illustris Clarissimus ac Adm Reverendus Dominus M. Franciscus Rolendo wicz Phiæ Doctor et Professor Collega minor Contubernis Regio Jagellonicani Senior Ecclesiæ Parochialis in Kielcza Oratus. Cui Magistratus hic ut felix faustus sit

Litteræ supplicatorie Conversionis Villæ Zidzina.

Munimenta Conversionis.

Electio in Præpositum Domûs Senioris Pauperis.

faustusq sit opto cordiitus: Ad 2dum sive quoad alia nihil contigit tractandum. unde haud quidquam decisum et resolutum est. cum non entis nulla sit passio.

Anno Dni 1769 d. 28. mensis Februarii. Extradita fuit Convocatio forma et stylo solitt. Super sequentibus Punctis. 1mo Ad Investiendum novum Præpositum nuper electum. 2do Ad approbandum Rationes ex duobus Quartualibus Tum Ad alia. Cui Convocationi dato loco Investitus est in Præpositum Domus Illustris Clarissimus ac Adm Rendus Dnus M. Franciscus Kolendowicz Phiæ Dr et Prfr Collega minor Ecclesiæ Parochialis in Klecza Curatus. Cui de rore Cœli et de pinguedine terræ benedicat Dominus et quæq fausta et optima de thesauro inexhausto elargiatur. Ad 2dum Rationes quæ ex duobus Quartualibus supererant approbandæ, per Venerabilem Communitatem revisæ trutinatæ et approbatæ sunt. Rationum approbatio.

In Nomine Domini Amen.

Præpositura 1ma.

M Francisci Stanislai Kostka Kolendowicz Philosophiæ Doctoris, ejusdemq Eclecticæ Professoris Ecclesiæ Parochialis in Klecza Curati, Contubernii Jagelloniani Senioris.

Anno Dni 1769. Die 28. Februarii Rectoratu Magnifici Perillustris Clarissimi & Adm Reverendi D. M. Casimiri Steplowski Sæ Theologiæ Doctoris, ejusdemq Facultatis Procancellarii, Collegæ Majoris, Ecclesiar Collegiatæ S. Floriani ad Clepardiam Cracoviæ Decani, SS. OO. Præpositi, Parochialis Sti Jacobi Casimiriæ Præpositi, Seminarii Academico Diœcesani Præfecti, Ordinandor & Approbandorum

Synodalis Examinatoris &c. Studii Generalis Universitatis Crac. Rectoris extradita fuit per Cl. Antecessorem Præpositum Convocatio ut supra ad investiendum Neoelectum Præpositum idq; forma & stylo solitis. Cui Convocationi dato loco & tempore, ventum est ad punctum de investiendo Domus Præposita. Itaq; concordi omnium voce & voto ego M. Franciscus Stanislaus Stanislaus Kostka Kolendowicz nuper electus in hac Convocatione more solito in Præpositum suprafatæ Domus Collegii Minoris investitus sum. Post peractam autem Investituram petii à V. Communitate extradendam mihi portionem Summæ ex Fundatione Nowieysciana pro necessariis Mensæ. Cui petitioni uti justæ V. Communitas perlibenter annuit recepiq; statim de manibus Illustris olim Antecessoris Præpositi immediati Flor: Pol.

Portio Gedanistica.

In continenti facta per Illres CC. Consiliarios sufficienti informatione de Perceptis & Expensis, accedente pleno V. Communitatis assensu approbatæ sunt Rationes Perceptorum & Expensarum antecedentis immediatè Cl. D. Præpositi.

Anno Dni 1769. Die 29. Aprilis post Reelectionem Magnifici D. Rectoris ut supra juxta morem & consuetudinem Domus Nostræ ab antiquo juxta Statuta servari solitam extradidi Convocationem stylo & forma solitis: 1.° ad prælegenda Statuta Bonum Honestum ac Utile Domus concernentia. 2.° ad eligendos DD. Consiliarios pro instanti Commutatione hiberna. 3.° ad deliberandum quid agendum sit in futura Commissione in Villa Sidzina ratione Decimæ ex Agris & Prædio ejusdem spectantis ad Præbendam Sæ Mariæ Magdalenæ in Collegio Juridico existentem. Cui Convocationi ex omnium voto dato loco ac assensu, quantum ad 1mum lecta sunt Statuta. Ad 2dum electi sunt in Consiliarios pro futura Commutatione æstiva unanimi voto a Prima Mensa Illris Cl. & Admi R. D. Thomas Szabel Philosophiæ Doctor, Matheseos.

Electio Consiliar.

theseos Professor, Geometra Juratus, Ecclesiæ Collegiatæ Sandecensis Primicerius. A secunda Cl. & A. R.D. Mathias Potaczewski Philosophiæ Doctor & Professor.

Ad Tertium Quoniam Illris Cl. & A. R.D. M. Franciscus Minocki J.U. Professor, Ecclesiarum Collegiatarum SS. Ob. Crac. Canonicus, Parochialis in Modlnica Curatus, S.ta Maria Magdalena circa Collegium Juridicum Præbendarius prosequens Causam circa Decimam ex Prædio & Agris Emethonalibus Villæ Sidzina Sortis Academicæ nunc jam ad Mensam Collegii Minoris per Decretum Curiæ Episcopalis Kielcensis Die 19. Mensis Februarii 1769. Anna conversa ad eandem Præbendam S.ta Mariæ Magdalenæ spectantem & pertinentem, jam alias à multis annis per suos Antecessores attentatam, ac per se etiam motam toties instituit, ut eadem Causa coram Quatuor Arbitris Primo Magnifico Perillri Cl. & A. R. D. M. Casimiro Septgowski S.tæ Theologiæ Doctore &c. ut supra. Secundo Per Illris CC. & AA. RR. DD. MM. Joanne Rygalski S.tæ Theologiæ Doctore & Professore Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatæ S. [illegible] Floriani Custodis, Parochialis Kleo Corcini Curati &c. Tertio Andrea Lipiewicz J.U. Doctore & Professore, Collegæ Juridico, Ecclesiarum Collegiatæ SS. Ob. Custod. Parochialium in Luborzyca & Igolomia Curato &c. Quarto Josepho Lutanowicz S.tæ Theologiæ Doctore & Philosophiæ ac Matheseos Professore Ecclesiarum Collegiatæ S. Annæ Cronici Parochialis in Opatowiec Curato &c. jam alias in ante per Universitatem ad id nominatis &c. jam alias in ante per Universitatem ad id nominatis &c. jam alias in ante per Universitatem ad id nominatis

tus, quam ex Agris & Bonis, quæ ipsi in ante pe-
cuniis solum enumerabatur. Ad hanc itaq; Causæ
& diligentissimè tractandam & solerter tuendam, deputa-
vit V. Communitas Domûs Minoris Cl. & A. R. D. M.
Mathiam Potaczewski immediatum Præpositum Domûs
Minoris uti & tanquam Bonorum Villæ Sidzina Admi-
nistratorem, dans ei facultatem ac plenum jus eandem
Causam omni meliori modo ex amore Boni Communis
tuendi, pro necessitatibus ejus expendendi, Procuratorem
seu Advocatum constituendi, Documenta undiquaq; colli-
gendi, ac eadem per Extractus ex omni Foro & Officio ex-
mendi, ita tamen, ut in gravioribus Negotiis aut Officii
Domûs Minoris, aut totius Communitatis Consilium
requireret, ac postquam dicta Causa ad effectum deducta
fuerit, ut de Statu & Expensis Causæ prælibatæ V. Com:
munitatem informaret, Documenta omnia & singula in
Manus Venerabilis Communitatis reponeret, restitutio-
nem Expensarum & Obligationem pro labore & sollicitu-
dine habiturus. Præpositura 2da.

Administra-
tor Villæ
Sidzina
vid. infra
fol. 37

Anno ut supra Die 26. Maji extradidi Convo:
cationem forma & stylo consueto ad eligendum Præposi-
tum Domûs pro instanti trimestri. Cui Convocationi dato
loco reelectus sum in Præpositum Domûs M. Franciscus
Kosendowicz.

Reelectio
Præpositi

Anno ut supra, die vero 13. Junii Illtis Cl. &
AA. R. Baranski Philosophiæ Dr & Professor, Eccleriæ
Collegiatæ SS. OO. Canonicus parabysi tactus cum per
Facultatem tui Magnifici Dni Rectoris supra Nominati,
tum Patroni Domûs Majoris necnon de conversu & per-
missione Professorum Collegii Minoris de Domo hac ad
Nobilem ac Spectabilem D. Dzianotti Civem & Mercato-
rem Cracoviensem commodiorem in curatione commoditatis migraret,
petiit a V. Communitate compensationem pro Mensa, quam
in Collegio haberet, si maneret, maximè cum in Universitate
laboribus fractus ad eam infirmitatem gravante ipso veniret
perveniret

Præster in firmi-
tate mi-
grans ex
Collegio
Cl. Sta-
nislaus
Baranski ad-
mittit Pa-
rticu-
lariter
ad Mensam
Nobilem.

perveniret. Hanc itaq̃ petitionem induxi ad Mensam in præsentia Illrium CC.DD. MM. Josephi Wisniowski, Joannis Ambrożewicz Josephi Szabel Mathiæ Potaczewski Philosophiæ Doctorum &c. Venerabilis Communitas licèt aliunde de more & consuetudine non teneatur aliunde absentes à Collegio ad participationem Mensæ admittere, tamen respiciendo merita senium, imò tam debilem valetudinis statum petitioni ejusdẽ Illris Cl. D. M. Stanislai Baranski annuit, compensationem expensis Mensæ pro una Persona erogari solitis proportionatam, in quodlibet Quartuale eidem designando tunc, quando V. Communitas de Perceptis Censibus restantem Summam aliquam ultra Debita habebit, nullaq̃ alia necessitate ad solutionem urgebitur, si verò tale residuum non superfuerit, expectandũ erit tempora meliora, ne videlicet in exigenda hac sua portione Communitati sit molestus, præsertim ingruente hac majori in dies temporum calamitate, cum & Ipse Illris Baranski Procuratorem vindicandorũ Censuum Collegii Minoris felicioribus temporibus, cum & Fortuna Civibus, & patientibus administratio Justitiæ & singulis pax alma faveret, agendo, magnas tantasq̃ difficultates senserit, in earundẽ Censuũ perceptione ut ex multis Quartualibus stante ejusdẽ Procuratione debitum multis Præpositis pro victu Mensæ per V. Communitatem solvendum hucusq̃ maneret.

Extrà manens de mensa participat.

Anno ut supra, Diebus verò Mensis absoluta sunt duo Anniversaria pro Anno D. 1768. & 1769. pro Anima Joannis Zamoyski Archiepiscopi Leopoliensis licèt Census nõ fuerit receptus. In Præsentia Illriũ CC.DD. Magistrorũ Collegii ut ex Regestris Dismembrationũ patet.

Vid. f. 4.

Anno Dñi 1769. Die verò Mensis Augusti extradita fuit Convocatio per me Præpositum Domus ad eligendũ novum Præpositum Domus forma & stylo solitis pro instanti Trimestri. Cui Convocationi dato loco, electus est in Præpositum Illris Cl. & A. R. D. M. Antonius Jarzęcki Philosophiæ Doctor & Professor Ecclesiæ Collegiatæ SS. OO. Canonicus, Bonorum Universitatis Generalis Oeconomus, cui felix faustusq̃ sit hic Magistratus.

Electio Præposit.

In Nomine Domini Amen.

Præpositura Ama.

M. Antonii Jarzęcki Phiæ Doctoris et Professoris Ecclesiarum Collegiatæ SS OO Crac. Pottotiani Canonici Mstyczewiensis Scholastici in Magna Capite Curati Bonorum Universitatis Crac: Generalis Oeconomi

Anno Domini 1769no d. 27 augusti Rectoris Magnifici Perillustris et Adm Rdi Dni M. Casimiri Stęplowski Sæ Thiæ Doctoris et Professoris Collegii Majoris Senioris Patris ac ac: electus et investitus fuit. Ad quam investituram extradita fuit p. Clmum M. Franciscum Kolendowski antecessorem Præpositum Convocatio ut supra ad investiendum Neoelectum idq forma et Stylo solitis. Cui Convocationi dato loco et tempore, ventum est ad punctum deinvestiendo Domus Præposito. Itaq concordi omnium voce et voto ego M. Antonius Jarzęcki nuper electus in hac Convocatione more solito in Præpositum suprafatæ Domus Collegii Minoris investitus eram. Post peractam autem Investituram petii a V. Communitate extraderi dam mihi portionem Summæ ex Fundatione Novisciana pro necessarii Mensæ. Cui petitioni ut justæ V. Communitas perlibenter annuit recepi de manibus Illustris Clmi Adm Rdi Domini Mti Josephi Szabel Florenos Pol: 120.

Portio Gedanistica

Incontinenti facta per Illustres Ac Consiliarios sufficienti informatione de perceptis et expensis, accedente pleno V Communitatis assensu approbatæ sunt Rationes Perceptorum et Expensarum Antecedentis immediate Illustris Clmi Præpositi.

Rnum Approbatio

Anno Domini 1769 die 16 Mensis 8bris. extradita fuit convocatio ipso die reelectionis M. Domini Rectoris ad eligendum Dominos Consiliarios 2do ad perlenda Statuta. Quantum ad Primum Perlecta sunt Statuta juxta morem et consvetudinem Bonum Honestum ac utile Domus concernentia. Quantum ad 2dum electi sunt in Consiliarios pro futura Commutatione hyberna unanimi voto et assensu V. Communitatis à Prima Mensa Illustris Clmus M. Josephus Wisniowski Phiae Doctor et Professor Collega Minor Ecclesiarum Coll. Sanctae Annae Canonicus. A 2da Mensa Illustris Clmus Adm Rdus Dominus M. Franciscus Kolendowicz Phiae Doctor et Professor Ecclesiar Coll. S. Annae Canonicus in Kleca Curatus.

Lectio Stat.

Electio Consil.

Praepositura 2da.

Anno Domini 1769no die 24 Mensis Novembris extradidi Convocationem forma et Stylo consvetis ad eligendum Praepositum Domus Rectoratu Xmo Magnifici Perillustris Reverendissimi Domini M. Antonii Zołędziowski U.J.Sae Thae Doctoris et Professoris, Collegae Majoris, Ecclesiarum Cathedralis Cracoviensis Canonici Visliciensis Scholastici Vieliciensis Praepositi Facultatum Theologicae Decani Medicae ac Philosophicae Pro Cancellarii Studii Generalis Cracoviensis Rectoris ex vi ordinis reelectus sum unanimi voce et assensu V. Communitatis in Praepositum Domus Minoris pro Quartuali Luciae.

Reelectio Praepositi.

Rnum approb.

Quantum ad 2dum approbata sunt Rationes de quibus informaverunt Venerabilem Communitatem Illustres Ami Domini Consiliarii de Perceptis et Expensis unanimi consensu quietaverunt omnium me Prepositum.

Prepositura 3tia

Anno Domini 1770 die 3 Martii Rectoratus ejusdem qui supra die vadicti Convocationem forma et stylo consuetis ad eligendum Dominum Prepositum. 2do ad approbandas Rationes Domini Prepositi. 3tio ad dismembrationem residuæ summæ superatæ a Mensa inter Doctores ac Magistros actu Manentes.

Reelect. Prepos.

Quantum ad 1mum reelectus fui et investitus in Prepositum Domus Minoris gratia Dei et favorabilibus votis omnium de Communitate Collegii Minoris -

Rnum approb.

Quantum ad 2dum informaverunt Communitatem Illustres Consiliarii de perceptis et expensis quibus exauditis jucundissime omnium assensu approbaverunt Rationes.

Dismembratio ex superata a mensa.

Quantum ad 3tium omnium consensu dismembratio facta ex superata a Mensa uti in Regestro scriptum patet, inter actu Dominos Professores manentes et præsentium habentes.

Anniversarium pro Fundatore Noriesciano
d. 20 Xbris absolvi et dismembrationem jux
ta mentem Communitatis feci.
Martinalia ex Fundo Gramatica ab Inqui
linis recepi ab una area per flos in Summa
florenorum Polonicalium 116 Inter Do
minos Doctores actu manentes et Praesentia
habentes secundum unanimem assensum
Venerabilis Communitatis.

Martinalium Divisio.

Anno Domini 1770 d. 15. Mensis Maji Ex
tradidi Convocationem Ad eligendum Domi
num Propositum forma et Stylo pro Quar
tuali Sanctissimae Trinitatis. Cui Convoca
tioni dato loco omnium de Communitate
assensu Electus est in Praepositum Domus
Minoris Illustris Clarissimus M. Josephus
Wisniowski Phiae Doctor et Professor Eccle
siarum Sanctae Annae Canonicus in Sca
rina Hospitalis Praepositus Zaborovianus
Professor Collega Minor suis titulis or
natissimus.

Electio Praepos.

Anno quo supra d. 22 Mensis Maji
Extradita Convocatio Stylo et forma soli
tis 1mo ad investigendum Dominum Pro
positum nuper electum 2do Ad aproban
das Rationes Perceptorum et expen
sorum ex censibus cura et solicitudine
receptis sine ullo debito. Tum ad alia
Honestatem et utilitem Domus Concernentia ac

In Nomine Domini Amen.

Præpositura 4ta

M. Josephi Cantii Wisniowski Phiæ Doctoris et Professoris, Collegæ Minoris, Ecclesiæ Collegiatæ Divæ Annæ Crac. Canonici.

Annô Domini 1770 d. 1ma Junii Rectoratu Magnifici Perillustris et Reverendissimi Domini M. Antonii Zołędziowski Utriusq. Juris, et Sæ Theologiæ Doctoris et Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiarum; Cathedralis Cracoviensis Canonici, Visliciensis Scholastici, Vieliciensis Præpositi, Facultatum; Medicæ et Philosophicæ Pro-Cancellarii, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis Amplissimi Rectoris, extradita fuit Convocatio per Illustrem Clarissimum et Admodum Reverendum Dominum M. Antonium Joannem Cantium Jarzecki Philosophiæ Doctorem et Professorem, Collegam Minorem, Ecclesiarum; Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracoviæ Potoccianum Canonicum, Collegialis Mstyczoviensis Scholasticum, in Magna Czaple Curatum, Bonorum Almæ Matris Universitatis Cracoviensis Generalem Oeconomum, Collegii Minoris pro tunc Præpositum, idq. formâ et stylô solitis. Cui Convocationi datô locô et tempore, ventum est ad Punctum de investiendo Domûs Minoris Præposito. Itaq. concordi voce et votô totius Venerabilis Communitatis ego M. Josephus Cantius Wisniowski ut nuper electus, ita in hac Convocatione more solito in Præpositum Domus Minoris Collegii investitus sum. Peractâ investiturâ et emisso in manibus Antecedanei Præpositi, juxta laudabilem Statutorum Domûs obloquentiam, juramentô, petii à Venerabili Communitate extradendam ex fundatione Novicysciana in subsidium mensæ ordinariè Neo-electo et investito Præposito extradi solitam portionem, cui petitioni uti justæ perlibenter annuit Venerabilis Communitas laudatæ Domûs, et enumeravit Florenos Polonicales ex Archivo Collegii minoris in ipso pro Quartuali Sanctissimæ Trinitatis unico Anni currentis ut supra 1770mi numerô Centum viginti, dico 120. pro expensis Mensæ.

Portio Gedanistica.

In continenti facta per Illustres Carissimos Dominos Consultores sufficienti informatione de Redditibus et Expensis Domus Mensæ Collegii Minoris, accedente pleno Venerabilis Communitatis assensu, approbata sunt Rationes Præceptorum et Expensarum Antecedanei immediatè Illustres Carissimi Domini Præpositi.

Rátum Approb.

Annô Domini 1770mo die 17. Julii absolutum est Anniversarium pro Rqe arrenti pro anima Joannis Tamowski Archi-Episcopi Leopoliensis, licet consueta non fuerit recepta in præsentia Illustrium Carissimorum Dominorum e Magistratuum Collegii Minoris Juri ad Regestra Dismembrationum spectantium anno arrenti.

vid. Sup. fol. 4. 29.

Annô Domini ut supra die 18ve verò Junii adiit me pro tunc Præpositum Domûs Collegii Minoris Reverendus Dominus Stanislaus Chmurzynski uti Tenutarius Fundi Grammatica dicti, damnaq; sibi in eodem Fundo Grammatica à militq; Moschovitica, uti hostè totius Regni, e Gloriæ Patriæ nostræ charissimæ illata in Schedâ porrexit, supplicavitq; mihi ut post pro tunc Præpositu, ut eadem damna Venerabili Communitati præsentarem et exponerem, pro et cû eo rggarem Venerabilem Communitatem ut eadem damna hostilia, jure accepta, Venerabilis Communitas susciperet et patereturr, prout et feci. Schedæ verò nozum expressa verbû ad Verbum erat hujusmodi. - - - - - - - - - - - -

Tenutarii Fundi Grammca Damna

Schody na Grammatyce poczynione w Roku 1770ym. Diebus; 6, 7, 8, 9, 10, Maji.

Siano	Fl.	10.
Słoma		15.
U. Garcy Wodki à fl. 2		29. g 24.
Owsa Korzec 3. Cwi. 2. à fl. 6		18. 24.
Sztabrowa Korzec 1. Cwi: 2. à fl. 6	15.	9. 23
Rzeźnicienia Korzec 1. à fl. 6		6,
Summa Facit		fl. 75. g 11.

Insuper Verbô retulit unicum pralum opimum Regis Moschoviticæ. Quibus damnis perpensis Venerabilis Communitas et alteris circumstantiis loci tempore hæc sic de his damnis in Fundo Grammatica prælato decidit, quidam damna illata suscipienda in toto, et quædam in parte quæ in nulla parte. Et quidem - - - - - - -

1mò quò ad fœnum; porrexit Dominus Churzynski uti Tenutarius in fœno damni Florenos Polonicales 40
Venerabilis Communitas suscepit damni Flor: Polon. 10. ex ratione, quia propter equos ad maximum quatuor Domini Tenutarii sufficisset unica vectura fœni, ut pote in Majo, debuerat in ante divendisse tam periculoso tempore, non conservâsse ad hoc tempus, in quo jam pratum unicum opimum depastum fuit aquis Moschoviticis ut ipse D. Tenutarius falsus se conquerendo,
2dò quò ad stramen Porrexit Dominus Tenutarius Fundi Grammatica damni Florenos Polonicales 15.
Venerabilis Communitas hoc damnum ex integro non suscepit, ex ratione quia stramen fundi, debet manere in fundo propter stercorisationem.
3tiò quò ad Crematum. Porrexit Dominus Tenutarius pro Cremato damni Florenos Polonicales 29 g 24
Venerabilis Communitas suscepit pro uno congio Cremati Florenos 4. g 8 ex ratione, quia tali tempore hostilitatis, tot Congia Cremati Dominus Tenutarius non debuerat conservâsse in fundo utpote prope Cracoviam jacenti.
4tò quò ad frumenta. Porrexit Dominus Tenutarius damni in avenæ coretis semiquatuor Florenos Polonicales numerò 14. g 24. in Siliginis coretis semiduobus damni Florenos Polonicales 9. g 23. in coreto unico hordei damni Flo Pol. 6.
hæc damna frumentorum in toto et in integro suscepit Venerabilis Communitas Collegii Domûs Minoris, ex ratione, quia pro cibariis equorum Domini Tenutarii avena; Siligo, et hordeum pro victu ejive ornario Familiæ debuerat asservâsse Dominus Tenutarius.
Insuper ultimò decidit Venerabilis Communitas Domûs Minoris Collegii, stingendum esse ad juramentum corporale super his damnis illatis realiter fundo, præstandum q. Dominum Chmurzynski uti Tenutarium Fundi Grammatica, et hæc damna jurejurando evicta Eidem Domino Tenutario refundent in integro et in toto, et contractus pro triennio datus cessabit, in quo est expressa cautela de prætensionibus emergendis; Collegium verò Minus et Domus minor uti Domina Fundi Grammatica et Possectrix pacifica, pro suis commodis eundem Fundum recipiet, tenebit et possidebit.

Anno ut supra Die 6to Julii Venit R.s Dominus Strachowski et reposuit ad rationem Arrende ex Cue Low pro Anno 1769no inchoato et in Anno 1770 pro Festo Sancti Joannis Baptistæ finito Aureos Hungaricales 30. ex his Eundem in quietavi, donec reponerit integram Summam Tandem Die 6to Augusti venit ad Collegium et reposuit ad manus meas Præpositurales residuum Summæ ex Tenuta Villæ Cue Low cum defalcatione tamen pro annona vulgo Prowiant Militis Novihoustici et Confœderati Cum documentis vulgo rewers manethetis, tum pro re in Fundum erogata. Anno Dominij Tenutarium Curiæ villæ Cue Low Iteriter increpavi, et quo eorsi summam retulerit, Contractum non monstraverit; Et asseruisset se capitato tempore venturum, Contractum allaturum, horum tamen Nihil fecit Mente mea Præpositura. Et ignoravi quamvis Præpositus utrum habuerit vel non pro ulteriori Anno Contractum erogatum et approbatum Redundant pro Successori pensi receptionem Summæ ex Tenuta Cue Low ut Contractum primo Tenutarij monstret vel Novum recipiat ante quietationem et Venerabili Communitati Loseri tale negotium urgeat ne sine Contractu tanquam Hæres et Successor Bonorum illorum in Villa sedeat cam possideat.

Tenetarius Villæ Cue Low

Anno Domini ut supra die 31 Julii ex urgentibus et perquoventibus rationibus Illustris Clarissimi et Admodum Reverendi Domini R. Josephi Thomæ Label Philosophiæ Doctoris et Mathesecos Professoris, Geometræ jurati Collegæ Minoris Ecclesiæ Insignis Collegiatæ Sandecensis Primicerii, qui in præcinctu itineris in Colloniam Culmensem existens, ut ex proventibus Villæ Sidlina Personam Suæ uti adu in Collegio Minori pro tunc manentem, portio concernens Reverendo Alteri jam jam profecturi, ante discessum cederet, prout etiam et aliorum Illustrium Dominorum Collegarum pro tunc in Collegio manentium, induxi, ad Mensam de Rationibus ex Proventibus Villæ Sidlina provenientibus irefragabiliter circa Festum Sancti Joannis Baptistæ jam alias in ante hoc tempus ordinarie per Venerabilem Communitatem Collegii Minoris designatum et Stratulis faciendis. Et Illustris Dominus N. Mathias

Rationes Sidlinenses P. I. Joannis Baptistæ faciendæ.

Antonius Polaczewski Philosophiæ Doctor, ejusdem ac Cursus Vladislaviani pro tunc Professor, Collega Minor, Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Cracoviæ Canonicus interea Artistarum Decanus Villæ Sidzina Administrator tantis obrutus negotiis insuper eodem Annô pro Festo Sanctæ Annæ in Collegiata Ejusdem Concionator attenta hac inductâ ad mensam gratiarum actionem mihi Præposito et toti Venerabili Communitati primò instituit pro commemoratione de tempore harum Rationum faciendarum Ydò petiit prorogationem à Venerabili Communitate ad Spatium trium dierum, ut tempore Vacationalis respirii posset eosdem proventus quotannis provenientes ad mundum conscribere, cum Regestris Notarii Sidzinensis verificare, et de iis Venerabilem Communitatem informare unâ cum Officio. Et Venerabilis Communitas Eidem suprafato Illustri Administratori Sidzinensi libenter annuit et spatium trium dierum ad præparanda Regestra prorogavit.

Vid. supra fol. 28.

Anun Sidzin. Dilatio

Annô ut supra et verò 25 Augusti extradidi Convocationem formâ et stylô solitis Amo ad eligendum Dominum Novum Præpositum Domûs Collegii Minoris juxta obloquentiam statutorum pro imminenti Quartuali Crucis. Ydò ad Colloquium de Censu Gedanistico Fundationis Novicyscianæ necdum recepto, propter fata Nobilis olim Balthasari Hintz, qui per modum Cambii exsolvebat Censum Gedanô provenientem. Cui Convocationi datô locô assensu omnium ad 1m Electus est in Præpositum Collegii Minoris Illustris Clarissimus et Adm Reverendus Dominus M Joannes Ambrozewicz Phiæ Doctor et Professor, Collega Minor, Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Cracoviæ Canonicus, Seminarii Academico Diœcesani Alumnorum Director, Typographiæ Seminarii Præfectus, Vir de Republica Literaria meritissimus. Ad 2m locô Nobilis olim Hintz exsolvit Censum Gedanô missum Nobilis ac Spectabilis Nowicki Civis et Mercator Cracoviensis, idq in auro, non tamen ponderoso ut habuimus assignationem Gedanen.

Electio Præpositi

Anno ut supra & vero 2da Septembris extradita fuit Convocatio per me Præpositum formâ et stylo solitis Am. Cad investiendum Illustrem Dominum Præpositum super electum 2do ad approbandas Rationes immediat. Quartalis Trinitatis Tum ad alia. Cui Convocationi datâ loco. Ad Am Investitus est Aludatis Principio et admodum Reverendus Dominus M. Joannes Ambrozewicz Theologiæ Doctor et Per Collega Minor Ecclesiæ Collegiatæ S.te Annæ Sanctimonialium Cracov. Canonicus Cui in hoc honore et onere suscepto D.G.T.O.M. adaugeat vires, feliciq. et prospero per hunc Magistratum gerat successu et posteà. Dom. Prudentius.

Præpositura 41a

M. Joannis Josephi Ambrożewicz in Collegio Minori Phiæ Doctoris & Professoris, Seminarii Clericalis Lazarensis Academico-Diœcesani Alumnorum Directoris, Ecclesiæ Collegialis Illuscensis, & Collegiatæ S.te Annæ Cracov. Canonici, Typographiæ Seminarii Laudati Præfecti.

Anno Domini 1770. Die 2da 7bris. Rectoratu eodem quô supra in extradita & locum habente convocatione ut super commendatis electus, ita hodie investitus in Præpositum Domus Minoris descendi ad 2dum punctum extradita per Illres Clarissimum & adm. Rndum D. Mag. Stephanum Wilkowski Collegii Minoris adhuc Præpositum Ecclesiæ Hospitalis Sti Spiritus Scavinensis Præpositum, Collegiatæ S.te Annæ Cracov. Canonicum Convocationis, ad approbandas Rationes expensorum & perceptorum ex Quartali Trinitatis. Et facta per Illres CC. DD. Consiliarios relatione & sufficienti informatione accedente pleno V. Communitatis consensu, approbata sunt Rationes, Regestra Receptorum & expensorum ingrossanda. Crum approb.

In continenti datus est consensus à V. Communitate recipiendi portionem Fundationis Nowieyscianæ in subsidium Mensæ V. Communitatis. Portio Sedanicz.

Ad punctum: Tum ad alia. Intulit Præpositus Reinvestitus quatenus cochlearia argentea in quotidiano usu modo usu existentia asservarentur in eorum locum stannea substituerentur, cui illato favit V. Communitas. Usus Cochlearum argenteorum.

Deinde datus est consensus ad reparationem vasorum aurearum stanneorum.

Anno ut supra 13 7bris. Extradita fuit Convocatio stylo & forma solitis super punctis sequentibus: 1mo: ad Legenda Statuta Domus. 2do: ad eligendos Deputatos Fundi Grammatica super punctis in contracta expositis. Quantum ad 1mum Lecta sunt Statuta Domus & à singulis observanda declarantibus & promittentibus, ad verò servandum commendata. Lectio Statutor.

Quantum ad 2dum. Electi sunt in Consiliarios Domus Illres & Clarissimi DD. M.r Josephus Wilkowski & Franciscus Kolendowicz in Collegio Minori Phiæ Doctores & Professores, Ecclesiæ Collegiatæ S.te Annæ Canonici, quibus tradita sunt scripta respectivè a monimentis Domus ac Bibliotheca. Ad 3tium: Placuit V. Communitati, quatenus Ipse Præpositus & Consiliarius Domus referat in futura Convocatione relationem peractæ revisionis Fundi Grammaticæ. Revisio Studii Grammca

Anno ut supra 14 20 Obris Extradita fuit convocatio forma & stylo solitis super punctis sequentibus. 1mo: ad faciendam relationem de revisione Statuti Grammatica, 2do: ad instituendam petitionem Perillustribus Procuratori vel Beneficentissimo Restauratori Collegii Minoris super reparatione tectorum, substationum &c: 3tio ad deferendum Perill: Restauratoris requisitionem Libros in Bibliotecis Collegii reponere volentis proprios. Tum ad alia, quæ honestatem & utilitatem Domus concernunt. Cui convocationi dato loco, ad puncta resolutum est:

Relatio de fundo Gramm.

Quantum ad 1mum. Retulerunt designati Revisores functos se esse mandato sibi officio, atq; D. Senatario purgationem canafundæ currentium intra prata decurrentium se commendasse, cujus rei vestigia a verno tempore apparere se observasse fassi sunt. In eo quo nulla darina notabilia à præterequam in cæmentibus &c. similibus in rebus functi patrata, præterquam in cæmentibus &c. ribus ceu basica, subiisse D. Senatarium ex investigatione acceperunt.

Petitio reparat. Habitat. ad Procur.

Quantum ad 2dum. Placuit V. Communitati, quatenus Præpositus cum Consiliario institueret petitionem ad Perill. 1mo: Procuratorem, eoq; recurrante ad Restauratorem.

Quantum ad 3tium. Libentissimè requisitioni Perillustris Restauratoris de asservendis Ejus & Libris in ejus Bibliotecis V. Communitas Domus deliberavit, atq; id ad referendum D. Præposito commisit. Ad punctum Tum & alia. Retulit D. Præpositus Clarissimum D. M. Andream Bacharski rechiffe ab exteris, justa Coenam in Præpositura 2da Mensis Clarissimi & admodum Adi Dni M. Joseph Stabel 14 30. Obris 1766 tota: tam ob respectum laborum sub tempus Visitationis Collegii Nostri susceptorum de pertinere Scholastica participantem, atq; pro Collega Minore ut ab alma Universitate semper scriptum & habitum, sta in Domo nostra loca & participationem laudatam habentem, manifestasse ridituum suum ac petisse pro se suoq; servitore portionem, seu mensam, cujus petitioni V. Communitas eo libentius annuit, quò eximius & ab Universitate Ejusq; Facultate Medica Bononiensi, & Senatu illius Civitatis Literis commendatitiorem accepit, nec non honorando Medicum tandiu mensam ei apponere declaravit, donec in ejus bonum alius vacabit & imperatus facetit, hanc conclusione ad præmissa mediante.

Placet. ind. infra fol. 6o.

Status Grandi Gramca.

In Continenti intulit D. Præpositus legendis Libellis & acervo infundo Grammatica Statuta esse necessarium, quod negotium quo ad Statuta & operas, commisit V. Communitas. Illi Dno Administratori Fidei

Anno ut supra 14 3. Obris Congratis ad Mensam DD & MM. Collegii Minoris Facta est relatio, quomodo Perill: Procurator Universitatis reparationi Tectorum Collegii minoris stante adhuc fabrica reparationis Perill. Seniores Patres Almæ Universitatis renuaberit, attamen pro deliberatione fornacum uniuscujusq; habitationis Subministraturum iri promisit & profuisse stetit. Jam vero Perill: Restaurator reparandis Relatio Delegator.

Tectis & tutando ab ingruentia nivium offensibus solario seu lumenaribus Collegii contignationem fabros subministrare promisit, quod brevi subsecutum, imo jam adhuc reversum placido animo susceperit, insuper naeta primam opportunitatem, quantum per tempus licebit, extremam manum reparationi Collegii admoveret, Delegatos gratiosè fassus es

grato pariter animo susceperit delationem Communitatis Domus Minoris in abbatem loco pro observandis suis Libris Perill: Restauratoe Collegii, ideoq Libros in indicem digestos per Clarmum Contubernii Theorico limitanei Seniorem M. Valentinum Podinski, indiscriminatim super pavimento in cumulum redigi jussit, inde a pepes se retento.

Anno ut supra Die 27. Extracta fuit Convocatio forma & stylo solitis super electione Prepositi Domus pro Quartuali Lubliñ. & Legendis statutis de electione laudata. Cui convocationi dato loco, lecta & mature trutinata sunt statuta de electione semper à junioribus inchoando, quare, cum jam priden decessent, qui ex vocatione ad Collegiaturam Domus minoris proposita tenerent, electis ideo propositis duobus, electus est in Prepositum Domus Illmis Clarmus & actus Prepositi Rodus M. Antonius Jarzecki in Collegio Minori Phiæ Dr. & Prof. Ecclesiarum Collegiat. OO.SS. Cracovia Canonicus Posecianus, Collegiatus Mtr. Covrensis Scholasticus, Parochialis in Magna Craple Curatus, Alme Universitatis Mag Generalis Bonorum Oeconomus. Vir rei domestica peritissimus.

Anno ut supra Die 1. Xbris. Celebrati de consensu cathedram formam & stylo solitis super punctis sequentibus. 1mo. ad investiendum D. Prepositum super electum. 2do. ad approbandas Rationes perceptor & Expensorum. 3tio. ad consulendum de vindicatione censuum Collegium minus concernentium. Tum ad alia, quæ honestatem & utilitatem pertinent si quid proponentur. Cui Convocationi dato loco, resolutio punctorum facta est ut sequitur.

Quantum ad 1m. Lecti de Promissione & diligentia, Prepositi statutis dedit stipulatam manum, mihi Preposito & bona fide servanda & administranda Collegialis juxta obsequentiam statutorum promisit nu per electus Prepositus, M. Antonius Jarzecki sui stipulis ornatissimus, cui Dominus det ubertatem de Rore Coeli & de pinguedine terræ, tribuatq ei abundantiam olei & vini atq optimam incolumitatem cunis & negotiis Domus Minoris permecessariam cumulatissime largiat.

In Nomine Domini Am.

Prepositura 41a.

Illustris Umi Adm Rdi Domini M. Antonii Jarzecki Phiæ Drs et Professoris Collegæ minoris Ccæ Cathedralis Cracoviensis OO. SS. Canonici Pollotiani Mstyrovriensis Scholastici in magna Craple Curati Bonorum Universitatis Generalis Oeconomi. Anno Dñi 1770 & ama Xbris Rectoratu M. Per illustris Reverendissimi Dñi M. Antonii Latedziski Sacræ Phiæ et Juris Utriusq Doctoris Cathedralis Cracoviensis Canonici Visliciensis Scholastici Vieliciensis Prepositi Collegæ majoris Facultatum Medicæ ac Philosophicæ Rucancellarii dei. Consiliariis vero pro-

protunc existentibus Illustribus clarissimis ad m
Rdis Dnis M. Josepho Wisniewski Phiae Dris et Pro
fessore Eccae Coll. S. Annae Canonico, Parochialis
in Scarina Hospitalis Praeposito Collega Mino
ris à 1ma Mensa, et Illustris Clrio Adm Rdo
Dno M. Francisco Kolendowicz Ecclesiar Colle
giatarum S. Annae Canonico Phiae Doctore et Pro
fessore Collega Minores Contubernii Regio Ja
gielloni Seniore Parochialis in Kleora Curato
à 2da. Extradita fuit Convocatio per Illustre
Clm Adm Rdm Dnum M. Joannem Ambrozewicz
Phiae Doctorem et Professorem Collegam Minorem
Eccae Coll. S. Annae Canonicum Seminarii Acade
mico Diecesani Directorem Typhographiae Prae
fectum ac Collegii Minoris antejactum Prae
positum Formâ et Styltô solitis. Cui convo
cationi datô locô ventum est ad punctum 2dum
deinvestigendo Domino Praeposito pro Quartu
ali Luciae nuper electo dandaq ei Portione ex
Fundatione Noviesciana. Itaq ego M. Anto
nius Janecki ut nuper electus ita in hac Con
vocatione in Praepositum Domus Minoris Col
legii investitus sum. Peracta investitura et
emisso in Manibus Antecedanei Praepositi jura
mentô, petii à V. Communitate extradendam ex
Fundatione Noviesciana in subsidium Mensae
portionem, quae secundum Consvetitudinem à V. Commu
nitate extradita est in Summa Fl. 120. Ad 3tium
de extruenda aedicula pro Conservatione pen
nator et quadrupedium ad culinam datus est consen
sus. Ad 4tum de relatione perceptorum et ex
pensor, tum approbatione Regestrorum Illu
stres Consiliarii de perceptis et expensis exacte
prius facta informatione V. Communitas
Regestra per Praepositum descripta approba
rit.

Portio Gedanist.

Rnum approb.

Praepositura 5ta.

M. Antonii Janeckiae: Rectoratu ut supra
ac Consiliarius Iisdem ac

Annô Dñi 1771mo. d. 1. Mensis Martii extradita fuit Convocatio Formâ et Styllô solitis. 1mò. ad eligendum v. reeligendum D. Præpositũ Domûs pro instanti Quartuali Cinerum.

2dò Ad faciendam relationẽ de perceptis et expensis per Dominũ Præpositũ factis, tum ad approbationem rationum.

3tio Ad relationem Perceptorum et expensorum faciendam D. Administratoris Bonorum Sidrina Illustris M. Mathiæ Potaczewski tum ad approbanda regestra eorundem Bonorum Sidrina. Cui Convocationi datô loco.

Quantum ad 1mum Ego M. Antonius Janeckiæ reelectus sum in Præpositum. Post factam petitionem extradita mihi erat Portio Gedanistica ex Fundatione Noviesciana in subsidium Mensæ nempe Flor: Pol: 120. Reelectio Præpositi.

Quantum ad 2dum fecerunt Illustres Consiliarii relationem de Perceptis et expensis per Præpositum immediatum factis et V. Communitas approbavit Rationes exactè conscriptas. 1num approb.

Quantum ad 3tium fecerunt Relationẽ de perceptis et expensis ex villa Sidrina Illustres M. Antonius Janecki Præpositus M. Josephus Wisniewski ad hæc à V. Communitate Deputati. Quorum quidem Regestrorũ Percepta fuit Ejusmodi Rationes Sidrinen.

	Flor.	Gros.
Pro Tritico divendito variis temporibus --	276	
Pro Silligine divendito variis temporibus -	114	
Pro Hordeo divendito - - - - - - - - - -	124	7 ½
Pro Avena ut in regestris patet - - - -	100	15
Pro pulmento Miliaceo - - - - - - - -	10	
Pro Ocymo - - - - - - - - - - - - - -	4	15
Pro Tela - - - - - - - - - - - - - -	31	11
Pro Fæno - - - - - - - - - - - - - -	324	
A Vaccis paktu - - - - - - - - - - -	276	
Latus facit - - -	1340	10 ½

		Flor	Gros
	Transport Lateris	1340	18
10.	Pro Caponibus divenditis	19	3
11.	Pro Anseribus	17	9
12.	Pro Vecturis montanis vulgo gralom cum frumento	9	24
13.	Pro Prato departo	8	
14.	Pro Pascuis à Subditis	6	
15.	Pro Vitulis	11	
16.	Pro Porcis minoribus et uno Saginato	67	17
17.	Pro Censu Terragio à Subditis	185	
18.	Ex Propinatione	26	24
19.	Pro Frumentis exdecimatis Omnibus	107	12
	Summa Perceptorum	1798	17
	Distributa Expensarum.		
1.	Pro Frumento ad Conseminandum	189	15
2.	Pro Juribus circa Conversionem et incorporationem Professionis Zaboroviana idq Sortis Bonor Sidrina pro Mensa Coll. Minoris	258	10
3.	Pro Juribus ratione Decimae Manipularis cum Perillustri Minocki	176	9
4.	Pro Salariis Familiae semiduorum Annor	545	
5.	Expensa tempore receptionis Bonor Sidrina D. Administratoris cum Hospitibus et Consiliariis pro tunc existentibus	84	17
6.	Pro Equis et Bobus ad Inventarium	202	17
7.	Pro re Supellectili ad rem Oeconomicam	300	11
8.	Pro Necessariis ad Culinam Collegii Nris	11	27
9.	Pro Variis ad propinandum Vasculis	8	15
10.	Perillustri Minocki secundum compositionem per Perillustres Arbitros factam pro Decima ex Agris Cmetonalibq et Praedialibq	140	
	Summa Expensarum	1917	17
	Superat Expensa Perceptam	118	14

Quam Perceptam et Expensam Regestrorum vidit, legit, trutinavit et approbandam V. Communitas esse duxit, prout eandem approbat uti superius annotatam vidit. Jam verò expensa superans Perceptam fl. centum octodecem gro quatuordecem et medietas grossi. ut debitum liquidum ex futuro Anno 1770. sibi compensandum Illustri M. Mathiae Potaczewski Administratori Bonor Sidzina commisit V. Communitas.

Annô Domini 1771.mô d. 25.tâ Aprilis extradidi Convocationem Formâ et Styllô Solitis

1mo. Ad acceptandam Summam 4000 fl. Pol. pro Anniversario p. m. Perillustris olim Clmi Adm Rdi Dni M. Michaelis Czyrnicki Scrae Thae Doctoris et Professoris Collegae Majoris Eccae Coll. S. Floriani Clepardiae ad Cracoviam Custodis, Opatoviensis Praepositi, in Pobiedr Curati. Per Executores Oblatam.

2dò. Ad reddendas et neglectas in toto conscribendas Conclusiones Domus Minoris, tum revisionem Libror Perceptorum et Expensorum.

3tiò. Ad deliberandum de damnis in Bonis Sidzina. Tum ut haec Bona possint ad meliorem statum reduci. modus curandus.

4tò. Ad eligendos DD. Consiliarios Domus Nris

5tò. Ad deliberandum et occurendum de exsolvendis debitis Praepositantibus apud V Communitatem haerentibus

6tò. Ad deliberandum de modo persolutionis trium Anniversariorum Decreto M. D. Rectoris adjudicatorum pro Anima p. m. Illustris M. Stanislai Kerczenski Collegae Minoris.

Rnum Sidzin. Approb.

S. Annae Custodis Professoris Laboriciani, idq pro Supellectili et cuperseminatione Agrorum per Dominos Executores in Villa Sidrina supra Inventarium derelictis.

7mo qualimodo Advocato in Lobzow compensandum ex Fundo Grammatica expensas pro militibus Moscoviticis, quos non permittit ad nostros Inquilinos et Auliculam sustentando eos

8vo Ad deliberandum de receptione unam Aream Agri Laborioso Gabris, et tradendam in manus Laborioso Dzidowski pro censu seu Martinalia dicti.

Summa fl. 4000. Czyrnicciana.

Quantum ad 1mum fuimus cum Consiliariis protunc existentibus gratias agendum pro Memoria in nos Collegas Minores et Summam quatuor millium pro Anniversario Czernicciano acceptavimus idq cum consensu Nostrae Communitatis. Perillustri Reverendissimo D. M. Antonio Zatedrzewski Sacrae Thae ac Juris Doctori Eccae Cathedralis Canonico Crac. Visliciensi Scholastico Vielsciensi Praeposito Univer. Crac. protunc Rectori Perillustri Clmo Adm Rdo Dno M. Joanni Rygalski Sacrae Thae Doctori et Professori ac Ejusdem Facultatis Decano S. Floriani Clepardiae ad Cracoviam Canonico Siradiensi Cancellario Neokorcensi Praeposito. Generoso Domino Adalberto Banaczkowski Consistorii Generalis Crac. Instigatori habemus inaeriternam tam in corde quam ore ad Aras Dei obligationem uti Executoribus ex ratione, quia haec Summa non deduceretur ad effectum quoniam nulla mentio in testamento pro Collegio Minori fuit, nisi speciali gratia Dominorum Executor hanc Summam applicaverunt Collegio Minori

Itaq post aliquot dies Ego Praepositus avisatus fui
à DD Executoribus ad recipiendam Summam
4000 fl. Pol. pro Anniversario Czernicciano quam
cum Ill: Clmo Adm Rdo Dno M. Joanne Ambro
zewicz numeravimus recepimus justo punde
re in auro, statimq ad Adarchivum V Com
munitatis cum obsigillato Saculo reposuimq
et ordinationem simul cum quietatione
secundum mentem Perillustrium Dominor
Executorum et nostrae Communitatis inscri
pto dedimus talem ut infra.

Infrascriptus recognosco tenere praesentium
quod recepi ex manibus Perillustris Reveren
dissimi Domini M. Antonii Zatędzicuski
Scrae Thae ac UJ Doctoris, qua Executoris te
stamentarii Perillustris olim Clmi Adm.
Rdi Domini M. Michaelis Czernicki Scrae Thae
Doctoris et Professoris Collegae Majoris fa
vorabiliter oblatam Summam quatuor mil
lium Flor: Poll. Collegio Minori Universitatis
Crac: idq pro Anniversario quotannis post
Octavas S. Joannis Cantii celebrando cum obli
gatione per unumq unius Missae sive per
se sive per alium Collegam Minorem actu
manentem Crac et praesentiam habentem
Cum Missa solemni Cantata et musica seu
Capela. Officiumq unius Nocturni defun
ctorum unà cum Laudibus sub onere con
scientiae tenebunt, pro Anima Micha
elis p. m. Sacerdotis secundum Conclusio
nem superius de d. 25 Aprilis Anni 1771
latam, à qua Summa dismembratio ex
recepta provisione fiet inter Doctores et

Obligationes pro Summa 4000. Czyrnicciana.

et Professores Ejusdem Collegi actu manentes et
praesentiam habentes, per dictos Benefacto
res uti Executores sibi consignatam enume
ratam, totam in auro boni et justi pande
ris. In quorum fidem in praesentia Illu
stris Clmi Adm Rdi Domini M. Joannis
Ambrozewicz Phiae Doctoris et Professoris
Collegiae Eccae S. Annae Canonici Consilia
rii Ssmi Coll: Minoris idq cum gratis agen
dis Perillustribus Reverendissimo Genero
so Dominis Executoribus condeputati;
meo et Collegii Minoris totius omnium
DD. Collegarum Nominibus et Nomine meo
subscribo me Die 29 Maji Anno Domi
ni 1771. M Antonius Jarecki Phiae Dr et Pfr
Collegii Minoris Praepositus mpp

Locatio Summae Czyrnic. 4000. vid. infr. fol. 54.55.

Haec Summa locata est in omnibus Bonis Do
mini Adalberti Kolendowicz sub Praepositura
Illustris Potaczewski quam locationem de
scribet infra.

Inscriptio Conclusionis dilata.

Quantum ad 2dum Dilatum fuit ad Quartua
lem sequentem.

Status villae Sidzina

Quantum ad 3tium Damna in Bonis Sidzina
fuerunt in parte per militem Moscoviticum
et Militem Regni tum quoq Confederatorum
Sed majus damnum per Negligentiam Domi
ni Notarii Sidzinensis, quod secundum Conscien
tiam onerosam V Communitati compensare
debet. Haec bona nullomodo possunt reduci
ad meliorem statum tempore Administratio
nis modernae, et ob calamitosum tempus
modernae ruinae in Regno. Sed pacificatis tem

temporibus tam Agros Prediales. quam Cmeto
nales et Hortulanorum ac omnium Subditor
exdicidere et in Censum terragium conversos
esse V. Communitas duxit. Ex quibus admi
nimum pro Anno uno integro efficiet Summa
in parata pecunia 3000. dico trium millium
Tum etiam extruendum Braxatorium Taber
nam et post aperiendo propinationem tam in
Bonis Sidrina quam etiam in fundo Gram
matica potest esse fructus lucri adminimum
fl. 500. Pol. innuit V. Communitas.
Quantum ad 2tum. de rigore justitiae reddere
unicuiq quod suum est, quoniam V. Commu
nitas tanta debita contraxit. Censuit enim omni
meliori modo curare quamcitissime Praeposi
tantibus exsolvere uti liquida debita 1mo.

Debita Praepositorum apud Collegium.

Illustri Clmo Adm Rdo Dno M. Josepho Wisniowski
ex Quartuali Luciae Anni 1767mo in Annum
1768vum V. Communitas contraxit debitum Flore
norum Polonicalium - - - - - - - - - 242 27
Item ex quartuali Cinerum Anni 1768 - - 140 12
Item ex quartuali Trinitatis Anni 1768. 119 17
Summa efficit - - - - 502 26

Pro his expensis in rem Mensae pro
utensilibus à Personis 4. a fl. 12 accepit 48
Ex Gedanistica residuum à Mensa - - 6 15
Summa Perceptor 54 15

Ergo adhuc herent fl. debiti apud V. Communi
tatem Ill. Clmi Adm Rdi D. M. Josephi Wisniowski 448 10 ½

Illustri Clmo Adm Rdo Dno M. Joanni
Ambrosewicz debet V. Communitas pro
Quartuali Cinerum Anni 1767. - - Fl. Pol. - - 338 11
Item pro Quartuali Crucis - Flor. Pol. 42 21
Item pro Quartuali Crucis Anni 1770 Q 25 Aug 72 26 ½
Summa Debiti fl. Pol 453 20 ½

Sed quoniam Illustris Ambrozewicz habuit ex quartuali Trinitatis Anni 1767 et ultimis Maji superatam ab expensa fl. Pol. nro. 172 gr. 1.

fol. 103 Idem ex Archivo # 5. - - - - - - - - 90.

Summa 262. gr. 1.

Ergo Illustri Ambrozewicz V. Communitas debet adhuc fl. Polonicales centum nonaginta unum grosos viginti semioctodico 191. gr. 27½

Illustri Clmo Adm Rdo M. Josepho Szybalski Anno Dni 1766 ultimis qbris debuerat quidem V. Communitas pro Quartuali Luciae in fl. 415. gr. 8. Sed quoniam Illustris Szybalski accepit Summam fl. 1000 ex Ciunow ex qua Summa Creditoribus non nullis cum Collegio Minori in subsidium Mensae Illustri Potaczewski reddidit tantum Flor: Pol. 190.

Illris Szybalski dt fl. 386. 22.

Ergo adhuc haerent penes Illustre Szybalski ad exsolvendum Creditoribus 386 gr. 22.

Horum vindicationem Illris Potaczewski suscepit.

quos Illustri Potaczewski ad vindicandum ab Illustri Szybalski V. Communitas commisit ad exsolutionem Creditoribus, qui sponte et libere vindicaturum se et persolutorum esse Creditoribus ex vindiatis appromisit.

Tandem Illustri Clmo et Adm Rdo Dno M. Mathiae Potaczewski debet V. Communitas et quidem Anno pro Quartuali Crucis Anno 1768 die 26 Augusti Flor: Pol. - - - - - - - - 170 gr. 26.

Item Eidem pro Quartuali Luciae Anno 1768 et ultimis qbris fl. Pol. 233. 18.

Summa efficit 404. 14.

Quam summam fl. Pol. 404 gr. 14 V. Communitas compensare debet Illustri Potaczewski ex futuris proventibus concernentibus V. Communitatem Illustri M. Antonio Janecki quinquies Praepositanti debuerat V. Communitas tantum fl. 18. gr. 10. quos Illustris Potaczewski solvit uti quietat.

Quantum ad 6tum verum quidem de rigore justi-
tiae reddere unicuiq quod suum est, ita quoq Illu-
stri Clmo Adm Rdo Dno P. M. M. Stanislao
Korczenski sive Ejus Executoribus nempe Per
illustri Clmo et Rdo Dno M. Thomae Plecki Collegae
Majori et Illustri Joanni Ambrozewicz Collegae
Minori Phiae Doctoribus ac Ejusdem Facultatis
Regentibus debuit V. Communitas reddere
et respondere magno motu cura et solicitu-
dine ad infra specificatas praesiones ad V. Com-
munitatem porrectas, pro quibus V. Communi-
tatem ad Judicia Rectoralia Domine Exe-
cutores accitaverunt pro illis praetensionibus
juxta Schedam tali modo porrectam et in
scripto in Judiciis M. D. Rectoris productam.

Praetensio ad Collegium per Executores p. d. Ill. Korczynski.

Quam quidem 1mam praetensionem pro omni-
bus superseminationibus supra Inventarium
in Bonis Sidzina in Flor Pol. 367 gr 22 ½
Idem Praetensionem pro re oeconomica Supel-
lectili supra Inventarium in iisdem Bonis veli-
cta pretio Flor Pol. - - - - 141. gr 6. In Sum-
ma flor: Pol. 508. gr 28 ½ quam quidem Sum-
mam Personis 4. nempe Illustribus Clmis Adm
Rdis Dominis M. Antonio Janecki Praeposito M.
Josepho Wisniowski Consiliario M. Joanni Am-
brozewicz Consiliario et M. Mathiae Potaczewski
praesentibus in tribus Anniversariis cum obli-
gatione Missarum et decantatione Divini Offi-
cii pro defuncto Stanislao Sacerdote et Canta-
ta Missa Solemni cum Capella. Tum quoq
magna Solicitudinis cura circa quaerendas Juriu
et variorum documentorum, quorum inquisitio
non tantum Domi sed etiam extra n absq ex-
pensis supra Specificatarum Personarum pera-
cta fuit.

Tria anniversaria vigore illarum Praetensionum.

Quantum ad 2mum advertens V. Communitas ca-
calamitosum tempus et oppressionem Inquilinorum ac
Auliculae in Fundo Grammatica a Militibus Mosco-

Moscovitis censuit potius aliquid contribuere Advocato in Lobzow pro expensis, pro quibus tantum ego Praepositus jussi dare fl. 8. ab hoc tempore fundus Gramatica ad semiannum in pacificatione militibus liber fuit.

Pars areae Gabris tradita Laborioso Dzidowski.

Ad 8vum Decisum est in Convocatione V. Communitatis Laborioso Gabris particulam Agri seu unam aream recipere, qui nequam neq solvere voluit, imo semper magnas contentiones, diffugia cum Praepositantibus faciebat, neq se voluit aliquodo praesentare coram officio Domus. Propterea meliorem conditionem pacis, honoris, fructus, ac emolumenti quaerendo, tradidit hanc particulam Agri seu Aream Laborioso Dzidowski pro censu Terragio vulgo Martinalia dicto.

Anno Domini 1771. d. 31 Maji extradita fuit, Convocatio Forma et Stylo solitis ad sequentia puncta ad eligendum et statim investigendum Dominum Praepositum pro Quartuali Trinitatis.

2do Ad approbandas rationes de perceptis et expensis in rem mensae Collegii minoris anteacti Praepositi.

Electus Praepositus et simul investitus.

Quantum ad 1mum electus est in Praepositum Domus Collegii Minoris Illustris Clmus Adm Rdus M. Mathias Potaczowski Phiae Dr. et Professor Collega Minor Ecclesiae Coll. Sanctae Annae Canonicus ac Subeodem actu Convocationis investitus, idq ex ratione quoniam 1mo electus aliter cui jus n. fuit renuit.

IN NOMINE DNI. AMEN
IN TERTIA PRÆPOSITURA

M. Mathiæ Antonii Potaczewski Phiæ Doctoris Ejusdemq ac Vladislaviani Cursus Philosophiæ Professoris Collegæ minoris Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Crac: Canonici.

Anno Domini 1771. Die 31ma Maji Rectoratu Magnifici Perillustris ac Reverendissimi Domini M. Jacobi Marciszewski U.J. Doctoris et Prfris Ecclesiarum Cathedralis Crac: Canonici Parochialium in Koniusza et Pobiedr Præpositi Librorum per Diœcesim Cracoviensem Synodalis Examinatoris Illustrissimi Consistorii Crac: Judicis Surrogati, Contubernionum Jurisperitorum et Regio Jagelloniani Provisoris Collegii Juridici Senioris Patris Studii Generalis Almæ Universitatis Cracoviensis Amplissimi Rectoris. Extradita fuit per Illustrem Clarissimum ac Adm Rndum D.M. Antonium Jarzecki Phiæ Dre et Prfre Msticzoviensem Scholasticum Collegiatæ SS. OO. Potoccianum Canonicum in Magna Czaple Curatum Bonorum Universitatis Crac generalem Oeconomum Domus Collegii minoris Præpositum Convocatio ut supra in forma et stylo solitis ad investiendum Neoelectum Præpositum. Cui Convocationi datô locô Ventum est, ad Punctum de investiendo Domûs Præposito. Itaq Concordi omnium voce et votô Ego M. Mathias et Antonius Potaczewski Neoelectus hac in Convocatione more solito in Præpositum supradictæ Domus Collegii minoris investitus sum. Post peractam Investitoram

Investituram petii a V. Comunitte extradandam
mihi portionem Summae ex Fundatione Novicepsi-
ana pro nriis mensae Cui petitioni uti justae V.
Communitas perlibenter annuit, recepiq statim a
VV. Officio Domus Summam Florenor Polonicali-
um Centum Viginti dico nro 120 in subsidium
mensae Collegii minoris.

Portio Gedanist.

In continenti facta Informatione per Illu-
stres Clarissimos DD Consiliarios sufficienti
de Perceptis et Expensis accedente VV. CC
assensu approbatae sunt Raones Perceptorum
et Expensorum Antecedanei supranominati
Praepositi.

Rnum Approb.

Anno Dni 1771. d. 4. Julii Ad Instantiam Illustris
Clarissimi ac Adm Rndi Dni M. Francisci Ko-
lendowicz, Phiae Dris et Prfris Coll. Minoris ac Nomine Fratris sui Interponentis
et postulantis quatenus summa Florenorum Pol.
4. Millium dico 4000. pro Anniversario Czer-
nicciano in suffragium animae olim piae memo-
riae Michaelis Czernicki Scrae Phiae Dris
et Professoris Collegae Majoris ac: ex substantia
relicta, ejusdem Collegio minori cessa data
et perpetuo applicata in rem et usum Fra-
tri suo Nobili ac Spectabili Adalberto Ko-
lendowicz Civi et Mercatori Cracoviensi
concederet et commodaret. Celebratum fuit Con-
silium in Domo minori in plena VV. CC.
in quo unanimi omnium assensu V. Com-
munitas annuit favitq postulatis supradictorum
Interponentis et Contrahentis, Summamq
praetensam Flor: Pol: 4000. pro annuo Censu
per quinq à centum computando, ad manus prae-
fati Nobilis ac Spectabilis Adalberti Kolendo-
wicz modo simplicis debiti ad sexennium dedit
et in auro justi ponderis enumeravit, eandemque

Locatio Summae Czernicciane f. 4000. in bonis nobilis Kolendowicz.

super Bonis generaliter omnibus prætacti Contrahentis locavit per Transactionem in Prætorio Cracoviensi factam, Cujus tenor sequitur estq talis.

Actum in Prætorio Cracoviensi. Feria quinta Post Festum Divisionis Sanctorum Apostolorum proxima Die Decima Octava Julii Anno Domini millesimo Septingentesimo Septuagesimo primo.

Coram officio et actis præsentibus Consularibus Cracoviensibus personaliter comparens, Nobilis Adalbertus Holendowicz Civis Mercator Cracoviensis sanus mente et corpore existens palam liberè ac per expressum recognovit, præsentibusq recognoscit. Quia Ipse Summam Florenorum 4000. Polonicalium in auro justi ponderis veri, certi liquidiq debiti Illustribus Clarissimis et Adm Rndis M.M. Mathiæ Potaczewski Philosophiæ Doctori et Professori Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ Cracoviæ Canonico Collegii Minoris Almæ Universitatis Crac. Præposito. Joanni Ambrozewicz et Andreæ Badurski Ejusdem Collegii Minoris Consiliariis, totiq Collegio Minori ac Ejus Succedaneis debet et tenetur. Quam quidem Summam Florenorum 4000. Polonicalium uti in ardua necessitate sua, nimirum pro reparatione infra Scriptorum Bonorum suorum realium contractam et sibi enumeratam in spatio Sex Annorum, aliàs in Anno (Deo dante) futuro 1777mo. pro Festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ in auro justi ponderis, Provisionem ab eadem Summa Capitali quo=

Inscriptio Officiosa dictæ Summæ.

quolibet semestri per quinq à centum anticipativè se cum suis Successoribus ad Manus Illustrium Clarissimorum et Admodum Rndorum, Præpositi et Consiliariorum pro tempore existentium Ejusdem Collegii Minoris Almæ Universitatis Crac. sine ulla defalcatione et non obstante calamitate temporum soluturum et enumeraturum prævia Quietatione manuali submittit, & obligat, præfatamq Summam Majoris securitatis gratiâ in et super Bonis suis generaliter omnibus signanter super lapidea sua hîc Cracoviæ in platea Sancti Floriani sita et Fundis Magnificorum Wierzbowskich Kolsztorfowskich et Labudzienskich sive Zielinskich dictis in suburbio Cerdoniæ ad Cracoviam sitis, suis propriis et hæreditariis inscripsit, assecuravit & obligavit, præsentibusq inscripsit assecurat & obligat, renuntiando omnibus Beneficiis juris, exceptionibus, dilationibus, appellationibus, earum prosecutionibus, aliis quibusvis juris et facti remediis ad labefactandam præsentem Inscriptionem humanâ industriâ excogitatis et excogitandis. Non aliter ac si his omnibus præfatus Recognoscens cum suis Successoribus, decretô Judiciorum Sacræ Regiæ Majestatis, aut alicujus ultimæ Instantiæ Judicis, abjudicatus foret præsenti Inscriptione obligatoria ad præmissa mediante. Quam Recognoscens manu sua propria subscripsit Adalbertus Kolendowicz.

Ex Protocollo Actor. Officii Consularis Crac. extraditum Jacobus Tabolski Actor Notarius. mpp.

Anno Domini 1771 Die 5ta mensis augusti. Facta est Revisio sortis Bonorum Czuszow inter suos Creditores Decreto Conrevencionali cadurisca. Per Illustres Clarissimos ac Admodum Rdos DD. M.M. Mathiam Potaszewski Praepositum Josephum Wisniewski Joannem Ambrozewicz, Phcae Dres et Professores Collegas Minores, Collegiatae Sanctae Annae Cracc. Canonicos. Quae ad Tenorem dictae sortis Bonorum Czuszow personaliter Revisio villae Czuszow. Cadevenimus, ubi accessitò assumpto graro pbitionis loci Nowake camporum Custode, Subditio Czuszowiensi, granicies, campos, agros conseminatos, diligenter investigavimus et vidimus. Superaedificia aulae, Horti, aedificium mansionis, holocaustum, Stabulum revidimus et in statu deteriori posita edmvenimus, tecta straminea, parietes pecuarii vetustate consumpta, foraminosa, imbribus pervia, corruentia, Stat. villae Czuszow. vide Inv. fol. 69. et seq. piscinas duas piscibus consertas deperditas. Inventarium praeter quatuor equos et octo boves rei agrariae necessarios, totum amissum. Onethonem cum tota re familiari et Supellectili etiam amissam, ita ut ubi stetement ipsius adstare videbantur fluctuarent aristae et hortensia olera pullularent. #, omnes domus dessolatae. Postulatorum casas egere reparatione# in nemore perplures quercus excisas, Segetes ob tarda messilegia praesertim siliginem et brumale triticum hordeumq; inculta in pte eventorum, grandinisq tempestate percussas et excussas granâ Autumni dediduas. Verbò omnia in statu desolationis deprehendimus esse, ac damna haec per incuriam neglectamq; oeconomiam Generosi Domini Raszowski ad hanc praedictor Bonor Tenutam evenisse fatem licet. pro quo Respondere teneba ubi de Jure. Talem facimus relationem de praemissis Idem qui supra.

Anno Dni 1771 Die 28. mensis Augusti. Extradidi Convocationem in forma et stylo solitis ad resolvendum sequentia puncta. Imo ad decidendum expensas per Generosum Dnm Raszowski Possessorem sortis suae Prodii in Czuszow tam in Credo fundi seu Inventarii quàm in militem transeuntem factas. 2do ad referendum de recepta dicta sorte villa Czuszow à supradicto Possessore. 3tio. ad consulendum de desolationibus ejusmodi sortis praementionatae per suum Tenutarium patratis. 4to ad succurrendum eidem desolato Statui.

Lis antem ad Actum Venerabilis Communitas Divisi et lectis mature[q] consideratis expensis à Generoso Domino Raszowski sibi in Schedâ porrectis concluserit reliquum peculium recipiendum esse, videlicet Florenos Polonicales 645 grossos 7 [illegible] inter Creditores Prædii in Czuszow dividendum; Expensas verò sive pretensiones in rem Invertani et commodum missitis pretermittendo factas in pte majori suscepit.

Ad 2dum. Fecit Relationem M. Mathias Potaszowski Phiae Doctor et Pfr Colleg. minor S. Annæ Canonicus pro tunc Collegii Minoris Præpositus, quia Ipse Zelo boni communis ductus sortem villæ Czuszow à Generoso Dno Stanislao Raszowski Tenutario ejusdé villæ Czuszow sibi recepit, non solum ex Rationibus sub puncto superius expressò specificatis tempore Receptionis, sed etiam quia nullo jure habito eandem sortem villæ Czuszow tenuerit, Contractum aliquoties meritus accipere recusaverit. Item quod Inventarium non modo non auxerit, sed etiam penitus amiserit, præter supra dicta jumenta et Suppellectilem agrariam nonnullam, nimium deteriorata.

Præpositus Bonor. recipit villa Czuszow.

Ad 3tium. Acceptâ Relatione et informatione de desolationibus in mentionatis Bonis Czuszow per-fectis Tenutariis patratis et subsecutis, concluserit consulendum esse Patronum hac in re juris peritum, ac tandem Manifestationem faciendam, Senioritatis causâ. Et intentum Patronis sic sensere, consilium tale dederit. Quod negotium Præpositus suscepit effectuandum, Patronum consuluit, ad se accersitum, nempe Generosum Dominum Gajewski. Cui expositis pretensionibus contra Generosum Dominum Raszowski Tenutarium prædii Bonorum Czuszow formatis et habitis, ratione tam notabilis desolationis, commisit dictam faciendam esse manifestationem, ac Actis Castri Crac. ingrossandam. Hæc manifestas desideratur.

Manifestat. extra G. Raszow. illi faciend. mand. instr. ad Act.

Ad 4tum Concluserunt VV. Sumptrendum esse ruinis tam ædificiorum prædialium quàm Hortulanorum, censuitq reparatione in parte tantisper, tum coemptionem rei œconomicæ fundo necessario faciendam.



In Præpositura 4a.

Anno Dni 1771. Die 30ma mensis Augusti Rectoratu Ejusdem ut supra. Extradita fuit Convocatio in Forma et Stylo solitis. 1mo ad eligendum vel reeligendum Dominum Præpositum Domus pro instanti Quartuali Exaltationis Sanctæ Crucis. 2do ad audiendum Rationes tam Perceptorum quam Expensorum per Dnum Præptum factas. Tum quoq ad alia Domum nra concernentia. Cui Convocationi datô locô ex unanimi voto. Reelectus est in Præpositum Domus M. Mathias Antonius Potaczewski Philosophiæ Dr ejusdemq ac Cursus Vladislaviani Philosophici Professor, Collega Minor, Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ Canonicus. Quantum ad 2dum. Rationes hujus Quartualis approbatæ sunt per V. Communitatem. Reelectio Præp. Rnu Appr.

Anno Domini 1771 Die 28 Mensis 8bris. Extradita fuit Convocatio formâ et stylô solitis, ad audiendam petitionem M. Petri Rydulski Communitati Collegii Minoris incorporari volentis. Cui convocationi ex unanimi voto, datâ locô. admissus est ad Communitatem Idem M. Petrus Rydulski. (absolutis tamen priùs juris formalitatibus, emissoq ad manus Præpositi juramentô super servandis Secretis): Tum ad vocem activam et passivam, ad jura et Privilegia: ad Dismembrationes verò et mensam, à continua in Collegio minori mansione. Habitatio autem Illi data est in 3tia Contignatione à pte sinistra septemtrionem versùs. Incorporatio provocati.

Anno Dni 1771. Die 30 aug: Inductus est sermo ad mensam num Clarissimus Dominus Andreas Badurski Medicinæ Doctor debeat participare de portione et cæteris obventionibus Collegii minoris, quæ Ipsi duntaxat ad Tempus ex speciali favore et affectu Collegarum minorum Professorii Confratrum vide supr. f. 40.

Concessa permissaq fuerint. Conclusum itaq est, omnium assensu non debere participare de eadem portione idq ex rationibus ejusmodi animum suum permoventibus. Quod facta Responsione ad Facultatem Medicam Ipso effectu de Collegiatura cesserit, labore ut Collega Minor non sufferat alias Cursum Philosophicum non tradat, ex Classe non disputet, Decanum in Facultate Philosophica non agat, Caeterosq labores non subeat Philosophicos. Praeterea quod antiqua Collegii minoris consvetudine et praxi Docatis et Ascendentibus Mensa subtrahat. Statutumq Universitatis eandem sibi exhiberi neget. Quod tale sequit.

Mensae interdictio. vide infr. fol. 70. 90.

Nullus obligatus ad Lectiones et exercitia Facultatis promoveat ad Magisterium in Phia, aut Doctoratum in jure Canonico, sive in Medicinis nisi prius de Collegiatura cesserit praedicta cum effectu. Quod si quis Sententias legere voluerit, Nihilominus labores omnes, ad quos in Facultate Artium obligabat explere teneat. Et hoc ipsum in aliis Facultatibus pariformiter observet.

Statutum Universitatis magni valoris.

Stat: 28. Fol. 9 et 34: Conclu: Fol: 8. 6. 35. 8.

Anno Domini 1771. Die 29. Extradita fuit Convocatio in Forma et Stylo solitis. 1mo ad eligendum Dominos Consiliarios. 2do ad eligendum novum Praepositum. 3tio ad videndum et approbandum Rationes utriusq Quartuarii. Quantum ad 1mum, electi sunt in Consiliarios Illmi DD. MM. Josephus Wisniowski in 1mum, Antonius Jarzecki in Secundum. non debito uterq tempore, propter 1mi tardum ex Alba Ducali Cracovi

regressum in negotio Almæ Universitatis Delegati.
Alterius verò in privatis causis, negotiisq curialibus, re-
moram. id factum esse. Quantum ad Quum. Electus est in
Præpositum Cl. D. M. Petrus Rydulski Phiæ Doctor Electio Præpos.
et Prfr Collega minor Cui felix faustumq sit.
Annô Domini 1771. Die 5 10bris Extradita fuit Convo-
catio in Puncto ad Investiendum Præpositum Domus
Quantum ad hoc Punctum Investitus est in Præpositu
M. Petrus Rydulski Phiæ Doctor et Professor
Collega Minor. Cui iterum atq: iterum felix faustumq
sit.

Satisfaciendo Puncto 3tio Conclusionis annô Dni 1760 vide supr. fol. 58.
Die 28 mensis augusti vigore præmissorum latæ Collegium
Minus Almæ Academiæ Crac: providendo securitati suæ
contra Generosum Stanislaum Raszowski sortis Bo-
norum Czuszow antea actum Arendatorium Possesso-
rem solennissimè Manifestat idq coram Actis Terre-
stribus Crac: Sabbo pt Fm Immaculatæ Conceptionis
Beatæ Virgis Mariæ pxo Ao Dni 1772 Cujus
Manifestationis sequitur tenor, estq: talis.

Veniens personaliter ad acta præsentia Judicii
Terrestris Palatinatus Crac: Illustris Clarissimus Re-
verendus Magister Mathias Potaczewski Phiæ Dr
et Professor Collega Minor Ejusdemq Collegii anteactus
Præpositus et Bonorum ad idem Collegium Minus Al-
mæ Academiæ Crac: spectantium videlicet Czuszow
sortis dictæ, Oeconomus et Dispositor subveniendo cui-
vis integritti et proventuum tam ad idem Collegium,
quàm ad Alios Creditores spectantium super eadem sorte
vocitata Czuszow collocatorum, eam Judicio Actisq
præsentibus Palatinatus Cracoviensis, in et contra
Generosum Stanislaum Raszowski ejusdem sortis
Bonorum Czuszow anteactum Arendatorium Poses-

Possessorem defert Manifestationem. idq ideo. Quia ipse obtenta Gratia et facilitte a supra Scripto Collegio Minori per dimissionem prædii Czuszow vocitati insidendoq eidem prædio, licet in regratificationem ædificia curialia, casas subditales, quercus et rubeta in statu quam meliori conservare tenebat, attamen ipse oblitâ hac benevolentiâ Collegii ac aliorum Creditorum per tot annos eidem præstita non consideratis prætensionibus per eundem Generosum Raszowski porrectis a per Collegium ac alios Creditores ipsi quotannis bonificatis ac de summa arrendatoria detruncatis, idem prædium summopere desolando, Cmethonem de ejus possessione ruminavit suppellectilem domesticam ac inseminationes ad curiam intercepit et sui usui accommodavit, ubi in campis et agris ejusdem Cmethonis non nisi canabes loco siliginis et tritici ac aliûs grani inseminantur. Hortulanum triduô in septimana laborantem itidem devastavit et annihilavit, quercus aliquot decem excidit et consumpsit, piscinas duas piscibus impletas evacuavit et easdem annihilari fecit, prædium in ædificiis desolavit, Inventarium non modo non auxit sed magna in parte amisit, summam injuriam, tam Collegio quam aliis Creditoribus simul collocatis quotannis inferendo, et provisionem per annos 40r totalr non exsolvendo in summa mille ducentorum quinquaginta Flor. Pol: Manifestantes injuriavit, Boves acsi peste mortificatos porrexit tamen eosdem pro sui commodo et consumptione mactare jussit. agrum Cmethonis desolati quotannis inseminavit, et proventum de eode agro nunquam Manifestantibus persolvit. Cum am dictum Generosum Raszowski Manifestans

Manifestans de possessione memorati prædii rumavit quotam triginta Florenor Pol: acsi pro arboribus, pro ædificatione tugurii, (quod de antiquo Cmethonali holodio statuit,) erogatam jam verò acsi pro Magistro summam quinquaginta Flore Poloni: porrexit Collegio ac alias ptensiones, acsi ex fundo ac possessione pullulantes, indebitè formavit, et easdem variis modis et quidem molestis ac Collegio minori emunxit. Quare modernus Manifestans, quàm primum de tam notabili injuria et desolatione sit informatus, illico ne tam Collegium quàm alii Creditores tale damnum sufferant, idemq Gnosus sine bonificatione ejusdem damni manere præsumat ad asylum Legum Regni confugit, et Contra eundem Gnosum Raszowski suo et quo supra Nomine, Respectu præmissorum Judicio actisq præsentibus Terrestri Palatinatus Crac: iterum atque iterum manifestat offerendo idem Collegium pro præmissis jure mediante acturum, et bonificationem omnium prætensionum expetiturum velle hac sua Manifestaone ad præmissa mediante. Cusus salvam augendæ vel minuendæ pleno in robore reservat. et præcustodit. facultatem.

Actum Cracoviæ Coram actis Terrestribus Sabbo post Fm Immaculatæ Conceptionis Beamæ V Mariæ pxo, Die scilicet 12 Mensis Decembris Anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo secundo.

(L.S.) Correxi Josephus de Mąkolice Mąkolski Vice Notarius Terrestri Palatinatus Cracoviensis Juratus.

Lectum per Rudowski mpp

IN NOMINE DOMINI AMEN

INWENTARZ

Folwárku Kredytorskiego pod Gajem w Czuszowie spisany w Roku 1771. Dnia 18. Sierpnia.

vide supr. fol. 52

Przychodząc do tego Folwárku od Gaja z połnocy są drzwi na żelaznych dwoch zawiasach y chákach dwoch żelaznych z zaporą drewnianą do zakładania drzwi z sieni do tey sieni wszedłszy po prawey ręce są drzwi do Izdebki na zawiasach y chákach dwoch żelaznych, z klámką żelazną, z cháczykiem y z skobelkámi dwiema żelaznemi. z Izdebki do zakładánia. Wszedłszy do tey izdebki po prawey ręce od podworza są dwá okná w drewno opráwione, w ktorych iest po cztery tafli szkła białego, w iednym oknie tafli dwie iest stłuczonych trzecia wybita. w drugim oknie także wytłuczane dwie tafle, trzecia rozbitá. W tey izdebie iest piec z kafli zielonych reparacyi potrzebuiący, przy ktorym iest kominek biały wywiedziony do sieni w komin wielki nad strzechę wywiedziony, z tey izdebki są drzwi do anklerza na zawiasach y chakach dwoch żelaznych z wrzeciądzem y skoblámi dwiemá żelaznemi. w tym anklerzu iest okno iedno w drewno opráwione w ktorym dwie szyby wybite. z tego anklerza y izdebki wychodząc do sieni. są náprzeciw izdebnych drzwi do komory drzwi, ná bieguńce drewnianym z wrzeciądzem iednym y skoblámi dwiemá żelaznemi, w ktorey komorze iest okien dwá bez szkła pawáła cáłá. z tey komory wyszedłszy po lewey ręce są drzwi na zawiasach y chakach dwoch żelaznych przy ktorych iest klamka drewniana do zakładania. w tey w piekárni są okna dwa w drewno opráwione szyby szkłá zielonego małe, w iednym oknie wytłuczone trzy szyby insze porozbiiane w tey piekárni iest

iest piec chlebowy ulepiony z czeluściami y nalepą, powała
nad tą piekarnią iest porozstępowana y pogięta ściany
wypruchniałe y czerwiem stoczone a naybardziey od
obory. Z piekarni wychodząc iest komin w sieni wywie-
dziony nad strzechę w srodku, z sieni wychodząc na
oborę są drzwi na biegunie drewnianym złe z sklam-
ką y zaporą drewnianemi wyszedłszy na oborę iest po
prawey ręce szpiklerz pod okołem do ktorego są
drzwi na zawiasach y chakach dwoch żelaznych
z skobelkami dwiema y wrzeciądzem iednym żelaznemi
w tym szpiklerzu podłoga zła zgniła deszcz z gory przez
dawate przechodzi z pod em wilgoc wodą podmaka
w przegrody. Przy szpiklerzu iest staienka na konie
do ktorey są drzwi złe na biegunie drewnianym, płot zgniły
skolbel y wrzeciądz drewniane. Przy staience pod tym samym
okołem iest chlew na woły maiący drzwi na biegunie
drewnianym po wrozkiem się zamykaiące. Pod tymże
okołem na wschod słonca iest innych chlewow dwa
wypruchniałych podpartych ieden na bydło rogate, drugi
na trzodę zrobione z chrostu. przy ktorych chle-
wach są wrota na oborę złe, tarcice połomane
na biegunie drewnianym, dach nie potym cały, kale-
nie nie masz, a w niektorych mieyscach osobliwie
od wschodu słonca nad wrotami y snopkow nie
masz, ściany z chrostow w okole pogniły y iuz powy-
padały, nie odwłoczney reparacyi potrzebuią cały.
Folwark bardzo na połnoc ku ziemi nachylony.
NB. w okołach iest słupow dębowych 21. sosnowych
4. od pola 20. także dębowych, pod Folwarkiem iest
słupow 10. iedenasta podpora pod stragarzem.
Item pod okołem znayduie się drzewa dawnego
starego słupow sztuk cztery, jodłowego długiego
sztuk siedm dico 7 in summa sztuk iedenaście.

Od tego Folwarku z połnocy poczyná sie płot od rogu o=
grodka, ktory ciągnie sie do stodoł.

Stodoły

Przychodząc do pierwszey stodoły od wschodu słonca
są wrota stoczyste czyli rozdwojone, od dołu na bie=
gunach drewniánych od gory na kunach dwoch
żelaznych z wrzeciądzem y skoblámi dwiema
żelaznemi. drugie wrota dla wyjazdu na zachod
słonca rozdwojone, także od dołu na biegunach
drewnianych od gory ná kunách drewniánych
wiciánych z wrzeciądzem y skoblámi dwiema
żelaznemi. U drugiey stodoły od wschodu słonca tak
że wrota rozdwojone od dołu na biegunách dre=
wnianych od gory na kunách żelaznych. drugie
wrota także rozdwojone dla wyjazdu. od dołu na
biegunách drewniánych od góry ná kunách wicia=
znych z wrzeciądzem y skoblami dwiema żela=
znemi W tey stodole iest zapolnic z torsztow pięć cztery
cáłe, piąta złómaná wiedney zapolnicy nie mesz
deszczek cztery. Te stodoły stoią ná szesciu
sochách dębowych ktore są związáne wszrodku
czterema płatwámi. Obiedwie te stodoły są pod
iednym poszyciem strzechy sciány z chrostow
pogrodzone repáráciy potrzebuią Nad wrotá=
mi tych stodoł z przyjázdu są gonki z strzechą
poszyte. Tá stodoła ma słupow dębowych 24.
Krokiew z narożnikámi 62. pochylona iest na
wschod słonca Kalenice nie ma większą cze=
scią powrosła poprzegnijáły ná łátách y pe=
szewká złá, stara, zgniłá y z gory przez dach, a
osobliwie przez kalenice sie leie. y z podem
pod czas ulewy lub deszczu z brzegu sciek

sciek wody do stodoły y nábojowiska spływá przeto dołem grobli wybicia, a z gory Kalenic potrzebá y nowego poszyciá

Woły Konie y insze rzeczy dárskie. Gospo:

Wołow znáyduie śie Folwárcznych nrô - 8.

Koni robotnych iest - - - - - - - - - - - 4

Pługow mizernych nadpsutych z potrzebami do nich dworskich 2 po kmieciu 1 nrô 3

Rádeł dworskich 4 po kmieciu 2. nro 6

Bron z gwozdziami do włoczenia nro 4.

Wozkowany z potrzebámi po kmieciu 1.

O wozie Dworskim Inwentarskim n constat. czyli był czyli nie.

Gromadá Czuszowská do Folwárku tego náleżącá.

Zagrodnicy: Pierwszy Tomasz Ziemski drugi Jákub Bol Trzeci Kázimierz Nowak Czwarty Walenty Łysák Ci Zagrodnicy robią dni trzy w Tydzień a drugie dni podczas Zniwa y młocki na Kárb robią. dáią po dwa Kapłony Kápustę sadzić gęsi skubáć Konopie wyrywáć bez dnia powinni, oprawy z grzebney łokci osm albo Konopney łokci sześć przęsc powinni. Piąty chálubnik Jákub Ziętára przychodni robi pieszo dni dwá w Tydzień drugie dni ná Kárb oprawy przędzie łokci 4. Tych zagrodnikow chałupy w Roku ut supra 1771 opisane znayduią się w stánie z dezolowanym bárdzo. Ziemski ma chałupę z drzewa stárego słupy od dołu pod:

gnite poszycie stáre 3. Bol má chálupę tákże z drze-
wá z pruchniáłego cáła gliną oblepiona powała cała
zła. Kazimierza Nowáka chałupa z drzewá przy-
cieśi, wypruchniałe drzwi złe z wrzeciądzem y
dwiema szkoblámi zelaznemi z poszyciem bardzo
przestárzałym. przy tey chlew z chrostu dla Kon-
serwacyi rzeczy z drugiey strony oborka od poł-
nocy na bydło, od południa stodołka ná zboże
tákże z chrostu. 4. Lysoká chałupa z drzewá na pru-
chniałego od dołu, páwáłá stárcie má słupow 14.
nowo poszytá ná słupách stoi dębowych, przy
tey stodołká z chrostu świeżo podszytá na słupach
dębowych do. drzwi dwoie złych 5. Jakub Ziętará
chałupy swoiey nie ma, zdezolowány, iest prze-
to mieszká na plácu Kmiecim gdzie były jego
budynku teráz fluctuant aristae: ogrodowie ro-
dzą się jarzyny. tylko iedná splisztoná chałupa
w ktorey tenże chálupnik mieści się. Więc
tych Zágrodnikow chałupy reparácyi potrze-
buią, a naybardziey dwie, Komornice żadney
nie mász a w dekrecie Kondescensionalnym
iest dołożono áby każdy Zagrodnik miał
u siebie, a ieżeliby nie miał to powinien
czwarty dzień za komornicę odrobić Xięży
corocznie do dworu Folwark powinien
dodawáć owsa Cwiertni 4. y miarkę iedną.
Poddani zas Folwarczni z Poddanemi do Dworu na-
leżącemi tak dziesięcinę iako y pogłowne płacić
powinni. Econverso ze Dworu za Sol Suchedniowką
na ten Folwark náleżącą co Rocznie Złotych 21
Groszy 23 oddawać Dekretem Kondescensyonalnym
nakazano. Gay nad Folwarkiem będący do tegoż

Folwarku Dekretem iest przyłączony, z tą kondycyą aby żadnego na opał nie wycinano Dębu tylko na wielką potrzebę reparacyonálną, ex lostu także nie na opał, ale ná płoty według potrzeby obracáć zgromadzą Straża na Folwarku Dóbrzyńskich poddánych Temu Folwárkowi applikowánych nádzieią tylko wolno na Folwarku odprawiáć będą gdy w polu straży nie będzie potrzeba Gruntá y tym Dekretem Kondescensionálnym opisane według Dekretu poruszonego do używania y Konserwáwyi będą maią używánia y poddanych pola reszty theż całą ilością tak járym 2bdzem pozostawuie

Præpositura 1ma

M. Petri Iosephi Cantii Rydulski, Philosophiæ Doctoris & Professoris, Collegæ Minoris.

Annô Domini 1771. Die Jovis 5. Idus. In Convocatione per antecedaneum D. Præpositum Domus Minoris, ut hic supra fol. 68. petatur, extradita, prævenendo Festum S. Nicolai in Feriam Quarta per Statutum 2dum fol. 5. investiendo Novo Præposito determinatam, conformiter Conclusioni ejusdem Domus de 1736. 23. 9bris Satis, et Libro Veterum Conclusionum fol. 296. annotatæ, Rectoratu supra laudati hic fol. 53. Mágci, Peritíssimi et Admodum M. Jacobi Marcissowski J. U. Dris et Pfris, Canonici Cathedralis Cracovien Sc. in Præpositum Domus Minoris more solito investitus. Ego M. Petrus Jos. Rydulski. Petii à Communitate. Vbi extradendam mihi portionem consuetam ex Fundatione Novieyscíana pro necessariis mensæ communis. Et Vbi Communitas audita hujusmodi petitione uti justa et rationabili, in extraditionem dictæ portionis per Officium Domus unanimi consensu annuit, prout de facto recepi Fl. Pol. 120.

In eadem Convocatione, animadvertens Vbi Communitas breui subsecuturum tempus, absolvendo pro Anima Pientissimi Benefactoris Adalberti Nowieyski Canonici Varmiensis Anniversario præscriptum, Portionem huicce Anniversario celebrando consecrari solitam, per idem Officium Domus mihi extradendam decidit, prout actu recepi Fl. Pol. 60.

Tempore Investiturae Præpositi Post Generalem Electionem Conventualem

Portio Sedalitia

Portio pro Anniversario Nowieyscíano

Director Pinczovien.

Annô 1771. Die Martis 10. Xbris. Rediens ex Directoratu Coloniæ Pinczoviensis, venit ad Collegium Ill. M. Romualdus Laskiewicz, Phiæ Dr, Collega Minor, Collegiatæ SS. OO. Concionator Canonicus.

Anno eod. 1771. Die 14. Xbris. Certo aliunde præmonitus idem qui suprà Præpositus, induxi ad Mensam: Clmum D. M. Andream Badurski Phiæ Drem, Medicinæ Prfrem, amotionem sui à Mensa Collegii, aliisq participationibus, Anno eodem 1771. Die 30. Augusti fol. 59. propter ascensum suum ad Superiorem Facultatem factam, omnino sibi injuriosam videri, neque se rationibûs expositis, hic fol. 60. expressis esse convictum, ac proinde se coram Patribus Domus Majoris conqueri, restitutionemque sui ad participationes Domus Minoris solicitè urgere. Ergo ne imparatos idem Clmus Prætendens aggressus, facilius votorum suorum compos fieret, cautam volui esse V. Communitatem tunc Mensæ assidentem: Cogitaret incunctanter, curaretque antecedenter in solidum remedia, Jura sua sarta tecta servandi, mihique Libros Privilegiorum, Statutorum, Conclusionumque Veterum à Præpositis servari solitos, de habitatione Collegii ad Seminarium, in quo Directoris Alumnorum Officium gerens habitavi, transportare, munimentorum hoc in negotio conquirendorum causâ, indulgeret. Et Vblis Communitas illationem hujusmodi gratam habendo, suam solicitudinem hac in causa non defuturam appromisit, inque dictorum Librorum transportationem, fidelitati Præpositi satis confidendo, consensit.

vide supr. fol. 59. 60. 90.

Anno et Die iisdem. Clmus M. Valentinus Podzynski Phiæ Dr, Contubernii Hierosolymitani Senior, Collega Minor Vocatus, absoluta Responsione sua, prævia Dissertatione de Iride exposita, pro Loco in Collegio Minori obtinendo, conveniens me officiosè, Summam Aureorum Hungaricalium 12. idque Fl. 200. pro Introitalibus, Fl. 9. pro Utensilibus, Fl. 3. Coctrici, reliquum ad dispositionem Præpositi, tribûs ante Incorporationem suam diebûs (: quod septimanâ ante admissionem suam facere debuit, conformiter Conclusioni Domus Annô 1733. die 24. Aprilis latæ, Libro Concl. Vet. fol. 6. inscriptæ, quæ hactenus me latuit :) reposuit. Debuerant autem huic repositioni præsentes adesse Consiliarii Domus, sed me hanc solemnitatem ignorante non sunt invitati.

Repositio Introitalium à Neo-Incorporando.

Introitales quando reponendæ? et quibus præsentibus.

Annô 1771. Die 15. Xbris. Idem Clmus Podzyński, apposita in Domo Majori Refectione, Collegiatos Minores jam aliàs per Præpositum hac de re præmonitos, officiosè laxîs manicîs mensæ suæ assidentes conveniens, admitti petiit. Et Præpositus dilata ad futuram Convocationem hujusmodi petitioni responsione, Eumdem Petentem ad secum assidendum itidem officiosè sed non laxîs manicîs conformiter Conclusioni Annô 1758 Die 17. 9bris ad 4tum latæ, Libroque Acter. Vet. fol. 189. ingrossatæ, invitavit.

Ingressûs tempore quomodo Mensæ assidendum?

Annô 1771. Die Lunæ 16. Xbris. Extradita fuit Convocatio formâ et Stylo solitis, super seqq. Punctis: Imò ad respondendum

petitioni cujusdam Magistri, Communitati Collegii Minoris incorporari volentis. 2do. An et cujus impendis expurgatio caminorum fieri debeat? 3tio. Ad effectuandam Conclusionem Domus Annô 1756. Die 10. 7bris latam, et Annô 1765. Die 1. Aprilis confirmatam. Tum ad alia. Cui Convocationi facta inductione loco advenerunt:

Ad 1mum. Vblis Communitas Petitioni Dmi M. Valentini Pobyrzelli Phiae Dris et Pblis, Neo-Collegae Minoris, Contubernii Aerosolymitani Senioris, die Hesterna officiosè instituta: Quatenus absolutio Lessionis pro Loco inter Collegiatos Minores obtinendo, servatisque de præ et consuetudine servandis formalitatibus, Communitati ejusdem Collegii Minoris incorporari, Ac illiusque Jura, Privilegia, Immunitates, Libertates, Mensam, Vocem activam et passivam, Proventus, Dismembrationes, tum ad alia, quæ actualem Collegam Minorem concernunt, admitti posset et valeat; respondens: Eumdem Oratorem, præviô Juramento promissorio ad mentem Statuti 20. pag. 48. quod Statutis et Statuendis Domûs subesse, ac ad mentem Statuti 4 pag. 9. quod Propositio, ejusque Successaneis legitimè electis ac institutis, in licitis et honestis duntaxat Collegio congruentibus obedire, quod Secreta Collegii ejusdem in Convocationibus tractata per modum Secretorum, aut capitulariter, personis extraneis non revelabit; receptis etiam rigore dicti Statuti 30. pro Introitalibus Fl. Pol. 200. ac pro Utensilibus rigore Statuti 12. pag. 20. tum practicatæ consuetudinis Fl. Pol. 9. Ad illa omnia, quæ præmissa sunt, ac in sua Petitione expressa, admittendum esse censuit, prout defatô admisit. Ea tamen conditione, quam Lex Annô 1666. 3. Cal. Jan. condita, auctoritate Electorali Annô 1725. die 16. 9bris approbata, Libroque Statutorum pag. 100. et Actorum Veter. fol. 2. b. inserta præmittendo de concreto rigore, strictaque præfatæ Legis per Prædecessores suos interpretatione ab Anno 1741. Die 29. 8bris Act. Vet. fol. 66. b. ad annum præsentem 1771. Diem 28. 9bris, hic fol. 59. seni solita, qua mediante Neo-Ingredientes nonnisi à tempore continuæ et non interruptæ mansionis ad dismembrationes et proventus admittebantur, prænotavit: Quod si non manserit in Collegio Minori intra sex septimanas, tunc non à die facti Juramenti et possessione sui; sed à tempore commodo, et quo incipiet inhabitare Collegium, omnes proventus et dismembrationes Collegii illi debebuntur. Sic admisso et incorporato eidem Dmo Pobyrzelli, habitatio in 2da Contignatione ex una parte Collegium majus, ex altera Contubernium Gloriosum prospiciens, consignata, ad quam eidem die per officium Domus more recepto introductus est.

Neo-vocati sup. fol. 70.

Incorporatio Neo-vocati.

Quid promittere debet Incorporandus.

Ad 2dum. Vblis Communitas alienis periculis propter frequens ignis incendium, cautior facta, Caminum Culinarium suum alii non pridem purgati fuerint, solitis Procuratoris Universitatis impendis expurgandum esse censuit, prout expurgatus est.

Incorporatus quando participare incipit.

Ad 3tium. Productis per me Præpositum supra expressis Domus Minoris Conclusionibus, primâ quidem Libro Actor. Vet. fol. 174. altera ibidem fol. 247. insertis, quibus mediantibus

Incorp. fol. 80. ad 4tum.

Caminor. purgatio.

Procuratoris Electio.

tertius Consiliarius sive potius Procurator Domus eligi ac inpetui conserit, factaque in solidum inductione, num debeant reassumi? deliberandum esse singuli censuerunt. Et ego Propositus attenta negotii gravitate differendum idem punctum concludendo, simulatq; intuli determinandum esse tempus dandæ resolutioni, sententiasq; suas scripto mandandas, quibus maturius perpensis sufficienter conclusio Procuratoris Domus constitutiva firmari posset. Et die 19. mensis currentis dandis in scripto sententiis electis et determinatis, Convocatio gratis pro presentia actus finita est.

Sententiæ pro eligendo Procuratore in scripto.

Anno 1771. Die Jovis 19. Xbris. Idem Propositus indixit ad mensam, diem hodiernam eam esse, quæ per convocationem nuper, licet Die 16. mensis et anni curbent, dandis in scriptis sententiis in negotio constituendi Procuratoris Domus, determinata est. Et illico Admi DD. Collegiati singuli, illm Admo R. Romualdo Lalliewicz excepto, sententias suas scriptis propriis mandatas mihi Proposito communicarunt, ea lege, ut singulorum sententiis matura perpensis, tandem Conclusionem Officia et Beneficia Procuratoris Domus sufficienter complectentem compilarem. Salva hujusmodi conclusionis in futura Convocatione coram Vbli Communitate prælectione, ac si opus fuerit, correctione, auctione, vel diminutione. Et ego Propositus ejusmodi officium pro viribus effectuandum perlibenter acceptavi.

Convocatio pro anniversario Rosaryciano.

Eadem Die justa Legis præscriptum extradidi Convocationem sub solita forma sequenti: Adesse dignetur Dignitas Vestra in ædibus Divæ Annæ crastina die horâ plenâ, dum signum pulsu campanæ datum fuerit, celebrando Anniversario pro anima Admi olim Adalberti Nowicyshi Varmiensis et Varsaviensis Canonici, Benefactoris nostri, idque sub pœna cæsentiæ. Detur omnibus &c.

Præsentes eidem.

Anno 1771. Die Veneris 20. Xbris. Absolutum est Anniversarium Nowicyszianum, me celebrante et Jll. CC. MM. Romualdo Lalliewicz, Josepho Krisnicwshi et Valentino Podzyshi Collegiatis Minoribus actu præsentibus, in quos, prout solitos ad Sacrificium Pl. 40. exhibitis Pl. 80. ut in Regestro Dimembrationum patet, facta est.

Præsentatio Servitoris.

Eadem Die Cl. D. Mr. Valentinus Podzyński Diœc. Dr. Collega Minor, Vbli Communitati mensæ assidenti præsentavit Servitorem suum Sebastianum Jugulskii, prædia sponsione de ejus fidelitate, et obedientia Præpositi, petiit eumdem ad mensam Servitorum Collegii Minorii admitti. Et Vbli Communitas facta per me Præpositum inductione, attenta Admi Præsentantis sponsione, in admissionem sui præsentati consensit.

Consensus pernoctationis Extranei.

Anno 1771. Die Solis 29. Xbris. Jll. D. M. Mathias Pszczewski petiit a me consensum pernoctandi in sua Habitatione Collegiali Personam extraneam. Et ego Propositus attenta ejusmodi Personæ extraneæ honestate, huicce petitioni non renuo.

Beneficium.

Anno 1771. Die Lunæ 30. Xbris. Retuli Vbli Communitati ad mensam congregatæ me unam metretam piscorum a Perillmo Dno M. Joanne Rzyszki S. Th. Dre et Pfre Collega Majore &c.

dona datam recepisse. Et V. Communitas audita hujusmodi Liberalitate, ad gratias agendum suos Benefactori, Illres CC. Dnm. Josephum Wisniewski Cancellarium majorem, et Mathiam Potaszewski delegarit.

Delegatio

Annô 1771. Die Martis 31. Xbris. Immediatè dicti Illres Delegati de effectuato sibi commisso negotio V. Communitatem ad mensam informârunt.

Relatio Delegator.

Annô Domini 1772. Die Mercurii 1. Januarii. Audita Sumapissimè sanctissimæ Christi Genesees ac Novi Anni gratulatione per me Præpositum alios item Illres Collegiatos præsentibus, Magnificus, Perillis et Andreas Dres. Dn. Jacobus Marcinzowski J. U. Dr et Pfr. Sc. Universitatis Rector, pro sua erga Communitatem Collegii Minoris Benevolentia, eidem Communitati Q. gratiosissimè obtulit.

Beneficium.

Annô 1772. Die Jovis 2. Jan. Præsens Stanislaus Chmurzyński Cyrundi Grammatica dicti ad Collegium Minus spectantis Tenutarius, convenies me Præpositum, præsentavit Expensas suas in Schedâ descriptas, pro sustentatione militis Rotolari in eodem fundo Locati, variis temporibus erogatas, petens de hujusmodi Expensis V. Communitatem informari, Censumque ex eodem Fundo rigore Contractûs à se solvi solitum diminui. Hujusmodi autem Expensæ sunt sequ:

Pretensiones Tenutarii Fundi Grammatica de hic vide fol. 74.

	Złt.	Grsz.
Annô 1771. à die 17. 7bris ad diem 2dam Xbris, to jest za dni 16. wydało się dla 5. Piechoty Xięcia Wołkonskiego Kommendy na nikt. — — —

mihi quidem Præposito Astronomicam post Illrem Cl. D. M. Franciscum Kolendowicz Phiæ Drem et Prfrem Collegam Minorem, Contubernii Regio-Jagelloniani Seniorem per assecutionem alterius Professionis, scilicet Brzeznicianæ, vacantem; jam verò Clmo M. Valentino Podzyński, non Astrologicam vacantem, ex quo Possessorem Clericum requirat, sed Oratoriam sive Nowkovianam, cujus Possessor actualis tunc erat Ill. Cl. D. M. Simon Banaczkowski, ex quo ad Collegium Juridicum vocatus, brevi sperabatur pro Loco responsurus, conferre censuit, prout defactò contulit.

Præsentaõ Servitoris. Annô 1772. Die Lunæ 13. Jan. Ill. Cl. et adm Rndus M. Josephus Wisniowski Phiæ Dr et Prfr, Collega Minor, insistendo veteri consvetudini, Servitorem suum Gasparum Jodłowski V. Communitati ad mensam congregatæ præsentavit de ejus fidelitate, et obedientia Præposito spondendo, petiit eumdem ad mensam Servitorum Collegii Minoris admitti. Et V. Communitas facta per Præpositum inductione, attentaque Præsentantis sponsione, in hujusmodi admissionem consensit.

Prorogaõ Contractus Fundi Gramæ. Annô 1772. Die Jovis 23. Jan. Induxi ad mensam, Grosum Stanislaum Chmurzyński Fundi Grammatica dicti ad Collegium Minus spectantis Tenutarium convenisse me, simulatque rogâsse prorogationem Contractûs. In continenti Cl. M. Valentinus Podzyński intulit, Perillrem Clmum et adm Rndum Dnum M. Antonium Krzqnowski S. Th. Drem et Prfrem, Universitatis Seniorem Patrem, S. Floriani Præpositum, hujusmodi prorogationem Contractûs exoptare, spondereque dictum Tenutarium à prætensionibus suis Die 2. mensis et anni Currentium exhibitis, si aliàs, prorogationem Contractûs consequeretur, recessurum. Et Vblis Communitas hujusmodi inductione, illatione, exoptatione, et recessu, tum plus offerentis carentiâ attentis, in ejusmodi prorogationem Contractus ad triennium consensit.

vid. hic fol. 73. et 81. ad 7mum.

Annô 1772. Die Jovis 20. Jan. Cùm ex dispositione Rexolana sub die 12. mensis et anni Currentium emanata, tota nocte ardere deberet lampas ad cornu Collegii appensa, nec esset ex servitoribus Collegii aptus, qui id muneris determinato tempore exactè exequeretur, sed extranea persona conquirenda esset, induxi Præpositus, quantum pendendum esset Viro pro hujusmodi labore. Et V. Communitas audita hujusmodi inductione, gross. 6. lampadem appendenti, septimanatim solvendos censuit.

Convocaõ Annô 1772. Die Veneris 21. Februarii. Celebrata fuit Convocatio Domus Minoris, per me Præpositum die hesterna extradita formâ et Stylô solitis, de et super sequentibus Punctis: 1mò. An et quando relegendæ sint Conclusiones in Convocationibus per Communitatem ferri solitæ? 2dò. ad audiendam Conclusionem Procuratoris Domûs constitutivam. 3tiò. ad legendas Litteras cujusdam Magistri Collegiati. 4tò. Standumnè sit Conclusioni immediatæ Incorporationis? 5tò. ad videndam pecuniam per Neo-Ingredientes conferri solitam. 6tò. ad videndum et supplendum defectum Inventarii. 7mò. ad audiendam petitionem Tenutarii Fun-

Fundi Grammaticæ. 8vò. ad reassumendam Conclusionem Aº 1760. die 28. 9bris latam de Regestro Viridi. 9nò. ad Consulendum Bono Professionum. 10mò. ad videndum Legatum Sierpcianum, et Depositum Pudlovianum. 11mò. ad videndam Conclusionem Annô 1763. 17. 8bris latam de Anniversariis. 12mò. ad videndum Regestrum Quietationum à Summis Capitalibus in Bonis Czuszow Locatis. 13tiò. ad videndos reliquos Libros: Conclusionum, Regestrorum, Rationum, Dismembrationum &c. tum reassumendas Conclusiones, sive statuendas pœnas contra differentes, vel omittentes debitam ac integram eorumdem conscriptionem. 14tò. ad videndum et audiendum de jure administratoris Bonorum Sidzina et Czuszow, de Regestris et statu eorumdem Bonorum. 15tò. ad eligendum Præpositum Domûs. 16tò. ad audiendum desiderium Coctricis. Tum ad deliberandum de iis rebus, quæ pertinent ad honestatem et utilitatem Domûs. Sub pœna non contradicendi &c. Cui Convocationi ex unanimi omnium voto et assensu dato loco et tempore:

Ad 1mum. Vblis Communitas, auditîs, matureque perpensîs per me Præpositum productis ac deductis hujusmodi Puncti extradendi, Conclusionisque formandæ motivis sequentibus: Tum quòd Conclusiones formatæ per ignorantiam vel oblivionem non observentur; frustrà autem feruntur leges, nisi serventur. Tum quòd ex relectione patebit, sintnè latæ Conclusiones effectuatæ? Tum quòd gravitas negotii nonnumquam exigit differri aliquod Punctum, ut etiamnum non adeo pridem contigisse, hic fol. 71. ad 3tium. videri potest: Tum quòd, si fortè quispiam Collegiatus à Convocatione absens fuerit, aut Neo-Incorporatus, per relectionem latæ Conclusionis Scientiam habebit: Tum quòd formatæ Conclusiones vel per suos Præpositos non inscribuntur, quemadmodum duorum Quartualium ab Anno 1765. die 29. 9bris ad Annum 1766. diem 30. Maji non sunt inscriptæ, et à die 21. 9bris ejusdem Anni 1766. ad diem 27. Febr. 1767. hic fol. 5. non propria ipsius Præpositi manu respectivi Quartualis, nec fortè omnes ingrossatæ, vel serò nimis inscribuntur; exinde verò quantum incommodum Inscribenti ac compilanti revocare in mentem negotia olim tractata, eorumque circumstantias! quantumvè detrimentum, cùm per oblivionem plurima olim gesta, ac specificè notari solita aut planè laboris vitandi causâ prætermittuntur, aut indigestim describuntur: Tum quòd contingat Præpositum quidpiam inscia Communitate vel Actis inscribere, ut videre est in Libro priore Actor. Vet. fol. 33. 215. 219. vel delere, ut ibidem fol. 101. 186. 201. 218. 246. vel adulterare, ut hic fol. 48. Tum dein quòd Conclusiones præcedentium in Convocatione subsequenti, benè ordinatas Communitates relegere usuvenerit: Reassumendo antè latas hac in re Conclusiones, ac præcipuè Annîs 1733. die 30. 8bris, Act. Vet. fol. 11. et 1739. die 27. 9bris Ad 1mum. ibidem fol. 59. salubriter formatas, unanimi Sententiâ perpetuo servandum decrevit: Ut Conclusiones in

Acta Domus et Conclusiones Libro inscribendæ, et ex eodè relegendæ.

posterum per Communitatem prænde, unà cum ingrossatione rerum notabilium, Fundationum, Contractuum, Transactionum, et cæterarum, si quæ stante suo respectivè officio intervenerint Libro, Acta seu Conclusiones dicto, eoque fine comparato, manu propria cujuslibet respectivè Præpositi p. non obstante, quòd Convocatio per Consiliarium extradita fuerit, ut contigit Annis 1737. die 20. Augusti Act. Vet. fol. 36. 1756. die 10. Gbris Ibid. fol. 174. et 1767. die 27. Febr. hìc fol. 6. p. mundè, diligenter, fideliter et specificè inscriptæ, additis notis ad marginem, in Convocatione statim immediatè sequenti, per aliquem ex Consiliariis Domûs, ad primum punctum p. quòd in posterum semper esse debebit hujusmodi: Ad relegendas Conclusiones anteriorum Convocationum p. ex eodem Libro relegerentur. Sub pœna carentiæ mensæ donec inscripserit. Salvo moderno Præposito, ex quo anteriores Conclusiones multæ, ducrum nempe Quartualium per suum antecessorem Præpositum nondum sunt inscriptæ.

Pœna non inscribentium.

Ad 2dum. Postquam ego Præpositus, extinculando datam fidem Annò 1771. die Jovis 19. Gbris hìc fol. 72. Conclusionem Procuratoris Domus Constitutivam ex Singulorum Collegiatorum Sententiis compilatam, in facie V. Communitatis p. protulerim, hanc eamdem à se auditam et correctam Vbi Communitas ratam habendo, roborando, confirmando, hìc inscribendam decrevit. Estque hujusmodi:

Conclusio Procuratoris Domus constitutiva

Cùm V. Communitas Minoris Collegii probè animadverterit, adeo ingentem esse numerum Annuum ex Benefactorum Legatis exigendorum, ut illum explere et adæquare ipsi ac soli Præposito Domûs, cui aliàs hoc onus per Statuta impositum est, impossibile jam foret, indeque factum esse, ut plurimi Census vel diminuti, vel planè intercepti, vel oblivioni dati, nemini strepitu Juris vindicandi fuerint ac supersint; inde verò Piissimi Fundatores suis debitis Suffragiis fraudentur, et Mensa Communis Collegiatorum Sufficienti provisione careat; Cùmque insuper perpenderit tam multiplicem esse Inscriptionum, Translationum, Processuum, Decretorumque paraginem, ut Prædecessores sui ad alleviandum hoc onus Præpositi, alios identidem Personis Collegiatis, cum exactionem Censuum, tum Causarum promotionem, committere cogerentur, quemadmodum ex Actis Collegii veteribus. Annis 1733. 29. Maji pag. 7. 28. Aug. pag. 9. 20. Gbris pag. 11. 1735. 18. Gbris pag. 21. 1736. 23. Gbris pag. 3. et b. 1737. 24. Maji pag. 32. b. 1738. 24. April. pag. 42. 1739. 24. April. pag. 53. 27. Gbris pag. 59. 19. Gbris pag. 60. 1741. 18. Jan. pag. 66. &c. liquidò constat: Eò etiam attento, quòd omnes bene ordinatæ Communitates, ac præsertim Domus Collegii Majoris, cujus vestigiis insistere, Statuta, Conclusiones ac Consuetudines amulari hæc Domus Minor vi Erectionis suæ Annò 1476. per Universitatem

Motiva constituendi Procuratoris Domûs.

factæ Libr. Privil. fol. 197. debet, præter Generalem Universitatis, suum specialem Procuratorem habeat; his aliisque de causis animum suum permoventibus, salvis Legibus, Statutis ac Conclusionibus auctoritatem ac officium exigendi Census deque exactis quietandi, Præposito Collegii Minoris asserentibus, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque, reassumendo Conclusiones Annorum 1756. 10. 7bris. Act. Vet. fol. 174. et 1765. 7. April. ibid. fol. 247. à suis Prædecessoribus per modum Statuti inviolabilis latas; Bonoque suo Communi omni meliori modo providendo, eligendum ac instituendum esse, non quidem tertium Consiliarium, ut etiam Conclusioni 1758. 17. 9bris Act. Vet. fol. 188. fieret satis, sed Procuratorem Domûs unanimi Consensu censuit ac decrevit, non secus tamen nec aliter, nisi sub certis conditionibus, et Punctis sequentibus:

Officia Procuratoris.

1mò Quandoquidem ex modo agendi anterioris Procuratoris compertum est ut plurimum, hic fol. 13. 15. et 16. ad mensam providendam ne obolum quandoque per Quartuale fuisse perceptum, vel Præposito subministratum, possetque in posterum evenire, ut Procurator per negligentiam neminem ex Censitoribus sive per se, sive per alium /: infr. No. 8:/ per longius tempus adiret; V. Communitas conclusit, ut deinceps Procurator cujuslibet hebdomadæ feriâ 2dâ, vel si tunc absens fuerit, prima die, de Perceptis, vel non Perceptis V. Officium, vel saltem Præpositum ad mensam publicè informaret. Præterea, Calculum Perceptorum in seorsivo proprio Regestro, die, Anno, locoque recepti Census bene notato, descriptum, quolibet Quartuali penes Rationes Præpositi coram V. Communitate faciet, quem deinde Calculum eo modo productum Præpositus subscribet s. v. s. Productum in Convocatione die N. Annô N. M. N. mpp. Curabit igitur Præpositus inter alia Convocationis investiendi Præpositi puncta, hoc etiam distinctum apponere: Ad videndam Calculationem D. Procuratoris Domûs de Perceptis hoc Quartuali Censibus.

2dò. Obligatur idem Procurator, ne perceptos Census apud se retineat, nec quidpiam ex sic perceptis pro suo arbitrio expendat, sed totam Summam, quanta quanta sit, à quocumque Censitore perceptam, sinè mora Præposito reddat, ac providendæ mensæ communi subministret.

3tiò. Licèt quidem omnes Quietationes per Præpositum Domûs, quantùm fieri potest, sint extradendæ, si tamen contingat in absentia Præpositi in vel extra Urbem quempiam Censum recipi, protunc poterit Procurator ipse manu et Nomine suis quietare, salva nihilominus Quietationis copiâ Præposito exhibenda, et suo loco /: No. seq:/ inscribenda. Quoniam verò magna vis litis et pacis, Possessionis vel Quotæ ex legitima Quietatione dependet, censuit V. Communitas obligandum esse Procuratorem, ut gravioribus Causis censuum, præsertim ex ratione aut retentarum Summarum, aut propter dubiam Quotam pensionis, aut propter ignotam Summam Capitalem, ac Censum ab ipsa debitum, aut propter ignotam Reductionem, aut propter ignotum valorem Summarum Ca-

pitalium antiquarum ac Censuum, idem Procurator in vindicandis Censibus, tum danda Quietatione de perceptis ejusmodi Summis referat se ad V. Communitatem, vel Ejus Officium, et quidem propter mutuum consilium, et debitam formam Quietationis extradendæ, ne propter hanc malè extraditam, præjudicium quodpiam in posterum oriatur, vel Causa amittatur, vel Census pereat, ut intendum praxis docuit.

4tò. Cùm passim soleant Quietationes amitti, vel fabricari, vel mutari per Censitores, curabit omnino noster Procurator, duplicatas Quietationes extradere, unam scilicet Quietationem Censitori reddendo, aliam ejusdem prorsus formæ, in seorsivo Libro Quietationum dicto, sub competenti titulo /: Nam vitando confusionem, vel unus Liber Quietationum sic distribuendus: Quietationes ex Bonis, quo loco etiam Quietationes Gedanensium, Leopoliensium, et id genus remotiorum Censitorum inserendæ; Quietationes ex Lapideis et Domibus intra Urbem. Quietationes ex Lapideis et Domibus extra Urbem, vel in Suburbiis. Quietationes ex Sulcis et Hortis. Quietationes ex Professionibus vacantibus; vel pro his singulis singuli Libri erunt comparandi./ de verbo ad verbum distinctè connotando. Id enim ad firmandam possessionem, tum lites restringendas, plurimum valiturum, Viri bene multi in Jure versati animadverterunt. Quod si per ipsum Præpositum Quietatio fuerit Censitori extradita /: Nº 3:/; hæc sive eo temporis, sive post Libro Quietationum per Procuratorem, sub eadem forma de verbo ad verbum sub titulo competente erit omnino inscribenda. Hinc, si idem Procurator absens ab Urbe quempiam Censitorum quietaverit, curabit omnino ejusdem ipsius Quietationis copiam sive transumptum tamdiu conservare, donec reversus, illud dicto Libro modò præmissò, suo loco ingrossaverit.

5tò. Cùm Census per aliquot annos retineri, subindeque omissis anterioribûs, pro posterioribus annis Censitores sæpe /: quocumque tandem modo vel animo id fiat:/ quietari; ac sive temporum injuria, sive Censitorum inopia, vel protervitas aut procrastinatio spectetur, nonnullîs annîs minui vel defalcari non rarò contingat; animadvertet diligenter præfatus Procurator, ne aliter Quietationes extradat, nisi visis anterioribus annîs /: an scilicet, et quomodo illîsmet Census debiti persoluti fuerint:/ et attenta Inscriptione, an scilicet eidem Census correspondeat. Quod si hac in re dubium aliquod evenerit, tunc ad V. Communitatem, vel Ejus Officium recurrere idem Procurator obligatur /: Nº 9:/. Hinc 6tò. Curabit sæpe dictus Procurator Summarium omnium Censuum et Proventuum, sive Domui, sive Professionibus competentium conscriptum, atque in seorsivis tabellis ita distinctum, ut in una earum Census ex Bonis, simulatque Gedano, Leopoli &c. in 2da Census ex Lapideis Urbis; in 3tia Census ex Lapideis ac Domibus Suburbiorum; in 4ta Census ex Villis et Hortis; in 5ta Census Professionum, cum expressione Inscriptionis, vel Translationis, de Anno, Feria, Foro, cum annotatione Summæ Capitalis, Fundatoris, Ordinationis, Obligationis, temporis solutionis,

et Quotæ ipsius Census, manifestò pateant, conficere, sicque confecti Summarii unum Exemplar in Archivo, alterum Præposito, tertium apud ipsum Procuratorem, sive seorsivum, sive Libro Quietationum ingrossatum, sit necesse.

7mò. Quodsi cum quopiam Censitore de Censu solvendo Jure agendum fuerit, curabit Procurator Munimenta suæ Causæ competentia etiam authentica per Officium Domus sibi ex Archivo extradi, salva tamen eorumdem in seorsivo Libro subscriptione manu propria de die et anno. Quæ tandem finito Processu, sive Censu vindicato, nequaquam apud se retinebit, ne pereant, sed indilatè in eodem loco Archivi præsente Officio reponet, ac de repositis in eodem Libro per idem Officium quietabitur

8vò. Licet quidem in Procuratorem nullus, nisi actualis Collega, quique magis judicatur idoneus ac proficuus, sit eligendus, quod V. Communitas præsenti Conclusione in perpetuum cavet, licebit tamen electo Procuratori alium ex Collegio vel extra Collegium fide dignum ad recipiendos Census, nequaquam tamen ad quietandos Censitores de receptis /: nisi subdelegatus specialem ab ipsa V. Communitate ad quietandum quempiam facultatem sibi explicitè concessam habuerit, substituere. Cavebit interim Procurator, ne Munimenta Causarum, si quæ sibi ex Archivo per Officium extradita fuerint /: Nº 7:/, eidem suo Substituto umquam communicet. Procuratoris substitutus.

9nò. Noverit Procurator, nullam sibi, Summas Capitales immutandi, transferendi, Censusque ab eis debitos remittendi, vel diminuendi, aliàs quidquam innovandi, aut quocumque modo damnificandi, competere, præsentique Conclusione concedi potestatem, imò verò ad ejusmodi actiones explicitum V. Communitatis consensum, et specialem facultatem esse omnino requirendam. Nº 5.

10mò. Dabit igitur Procurator stipulatam manum, sive jurabit Præposito in facie Communitatis, se Census Domum Nostram, tum Professiones vacantes, quoquomodo concernentes, omni meliori modo exacturum /: Nº 3. 4. et 5:/ eosdemque Præposito integrè ac indilatè redditurum /: Nº 2:/ aliàs præmissa in toto et in parte fideliter servaturum. Juramentum Procuratoris.

11mò. Quo verò pleniùs, libentiùs, ac liberiùs laudatus Procurator Officio suo juxta præmissa satisfaciat; V. Communitas reassumendo supra citatam hic fol. 77. Conclusionem Anno 1765. die 7. April. latam Act. Vet. fol. 247. Eumdem Procuratorem à præpositando, nisi sponte sua id Officii acceptaverit, in perpetuum, videlicet: quoadusque hoc munere Procuratoris fungetur, dispensat: Eidem singulos grossos à singulis florenis ex Censibus sive per se, sive per suum Substitutum /: Nº 8:/ cum vel sinè strepitu Juris vindicatis /: excepta Gedanistica, Sidzina, Czuszow, Fundo Grammaticæ, ac illis Censibus, quos ipse Præpositus immediatè per se vindicaverit vel receperit:/ salvâ insuper præsentiâ Anniversariorum, Dismembrationum ex mensa, cæterarumque obventionum, si eo tempore causâ vindicandorum vel recipiendorum Censuum Collegii absens fuerit, consignat: ac si quas ratione vindicationis prædictorum Censuum, sive pro Beneficia Procuratoris.

Juris Processu, sive pro comparandis Extractis, sive pro Vialibus subierit Expensas, se refusuram sub tempus Calculationis /: N.o 1:/ appromittit

Pœna Procuratoris.

12mò. Quod si sæpe dictus Procurator, et tanti beneficii immemor /: N.o 11:/ et suæ sponsionis /: N.o 10:/ oblitus; et Bono Communi improvidus, in suprà latarum Conditionum in solidum adimpletione remissus, in Censuum vindicatione negligens, in Quietationum extraditione, earumdemque ingrossatione incircumspectus, vel quod Deus avertat non fidelis constiterit, præter damni, si quod suâ culpâ emerserit, restitutionem et compensationem, pœnam amotionis ab Officio, Mensa, Dismembrationibus, aliasque arbitrarias per Communitatem in posterum statuendas, noverit se incursurum.

His pro Officio Procuratoris utiliter rectèque obeundo, maturè perpensis, ac firmiter constitutis, incontinenti ad actualem in dictum Procuratorem idoneæ Personæ Collegiatæ nominationem, electionem ac institutionem, V. Communitas condescendens, ac Illrem Clmum et adm Rndum M. Stanislaum Baranski Phiæ Drem, Collegam minorem nuper Act. vet. fol. 248. electum ac constitutum Procuratorem, cum propter suam infirmitatem hic fol. 28. tum ob alias sibi bene notas, animumque suum permoventes rationes, ab ejusmodi Procuratoris officio planè liberum pronuntians; simulatque Illrem Clmum et adm Rndum M. Antonium Jarzęcki Phiæ Drem, Collegam minorem, Ecclesiæ Collegiatæ OO. SS. Canonicum Potoccianum, in Domus Suæ Minoris Procuratorem nominandum, eligendum et instituendum esse duxit, prout nominat, eligit, ac recepto priùs ab Ipso Juramento, instituit, dando Ipsi potestatem quosvis Census Collegium Minus et Professiones vacantes, quocumque titulo concernentes, omni meliori modo exigendi, recipiendi, vindicandi, deque exactis, receptis, ac vindicatis /: salvis suprà expressis:/ quietandi. Præsenti Conclusione ad præmissa mediante.

Electio Procuratoris.

Ad 3tium. Productis per me Præpositum Litteris ab Illri Clmo et adm Rndo M. Antonio Jarzęcki ad me datis, quibus mediantibus petiit induci, et per V. Communitatem favorabiliter concludi, ut quandoquidem ex una parte Generalem Universitatis Oeconomum agens, sæpe et multo tempore absens esse contingat; ex altera verò parte, non obstante hujusmodi absentia præsentiam in Universitate habeat, pari quoque modo quoad Mensam et Anniversaria Collegii Minoris pro præsente reputaretur, proindeque Dismembratione Anniversariorum gauderet, mensaque sibi quantumcumque absenti, consueto pretio solveretur. Et V. Communitas auditis hujusmodi Litteris, earumque Contentis, ad capiendam informationem, sitne vel fuerit hæc in Domo Majori consvetudo, ut suus vel Universitatis Procurator absens de mensa participet? Sententiam suam ad futuram Convocationem differendam esse censuit.

Absens præsentiam petit. vid. infr. fol. 86.

Ad 4tum. Producta immediatæ Incorporationis Conclusione hic fol. 71. induxi Præpositus, num Clmus M. Valentinus Podzyński

Phiæ Dr et Prfr, Collega Minor, quandoquidem non modo sex Septimanis, sed novem, et diebus quinque elapsis, nondum juxta præscriptum Legis Statut. pag. 100. Conclusioni suæ Incorporationis insertæ, sibique bene notæ, in Collegio actu residet, ad participationes mensæ et Dismembrationes præteritas et futuras admitti possit et debeat? Tum dictus Clmus Podzyński, petiit se penes mentionatas participationes conservari: ex quo Contubernium suam tamquam Senioris præsentiam exigat, nec sit in sua potestate ejus diurnam nocturnamque custodiam deserere, præsertim, quod res nonnullæ Perillustris Dni Provisoris in eodem Contubernio repositæ, suæ curæ sint commissæ, et aliunde invasiones nocturnæ per militem Roxolanum passim contingant. Et V. Communitas audita hujusmodi inductione, attentisque Clmi Podzynski allegationibus et responsis, Eumdem penes participationes nominatas præteritas et futuras conservandum, latamque Incorporationis suæ Conclusionem, ad tempus electionis Novi Senioris, ampliandum esse duxit, et ampliavit. Favor.

Ad 5tum. Revisio Utensilium commissa est V. Officio præsenti, salva relatione in futura Convocatione facienda: simulatque conclusum, ut deinceps Utensilia Libro cuidam in Archivo continuò asservando inscribantur. Revisio utensilium. vid. infr. fol. 87.

Ad 6tum. Placuit differri hoc Punctum ad futuram Convocationem. vid. infr. fol. 87.

Ad 7mum. V. Communitas officiosè congregata, resolutionem suam Tenutario Fundi Grammaticæ nuper, scilicet Die Jovis 23. Jan. An. Cur. hic fol. 74. datam, salva prætensionum cassatione, ratam habendo confirmavit. vid. supr. fol. 74.

Ad 8vum. Cùm Regestrum Viride dictum tantæ sit utilitatis sive necessitatis, ut non modò Claris Præpositi communiter diceretur, sed vel Ipse Magnificus, Perillris et adm Rndus D. M. Casimirus Jarmundowicz J. U. Dr et Prfr, &c. Universitatis Rector Domum Nostram Minorem Annô 1760. Die 21. 9bris Actor. vet. fol. 203. per Syndicum Universitatis præmonere non dubitaverit, Ut antiquum Viride Regestrum non negligeretur: V. Communitas veteri Prædecessorum suorum animadversioni, Rectoralique Præmonitioni insistendo, idem Viride Regestrum omnino reassumendum esse duxit, et quidem ita, ut in distincta serie Census percepti et retenti apponerentur juxta Quartualia per suos respectivos Præpositos, aut eorum Plenipotentes. Cùm verò moveretur dubium de inscribendis illis Quartualibus, quorum respectivi Præpositi jam essent extra Collegium, hoc negotium pacificandum ego Præpositus ex mente V. Communitatis suscepi. Obviando verò simili in posterum conscribendi hujus Regestri Succedaneorum negligentiæ, confirmata est antiqua praxis, ut idem Regestrum Viride in in Convocatione approbandarum rationum præsentaretur, pleneque inscriptum Neo-Constituto Præposito in effectu redderet. Regestr. Viride conscribendum.

Ad 9num. Dilatum ad futuram Convocationem ad deliberandum. vid. fol. 87.

Ad 10mum. Facta per me Præpositum hujus puncti explicatione: Esse scilicet claram mentionem, quantum ad Le-

Siepcii et Pudlovii Legata. vid. f. 87.

Legatum Sieppcianum Florenorum 50. expost pecunia ambulatoria dictum, in Libro Privileg. fol. 110. et in antiquis Regestris ab initio, ac pag. 14. eoque Legato sive pecuniâ ambulatoriâ Predecessores suos usos fuisse, ut legere est Actor. vet. fol. 12. 34. 70. 82. 87. 90. 104. quantum verò ad Depositum Pudlovianum Florenorum 52. pro vindicando certo Censu in Anniversarium per se legato, in Libr. Privil. fol. 121. V. Communitas conclusit, videndum esse per Officium in Archivo, salva relatione in futura Convocatione facienda.

Reassumit Coo p absolvendis Annriis Censum n recepto.

Ad 11mum. Siquidem Conclusio Annô 1763. die 17. 8bris lata, Act. vet. fol. 231. sufficientissimè Annô 1766. die 30. 8bris ad 1mum hic fol. 4. est reassumpta; V. Communitas stetit in premissis.

Census Czuszovienses vel suis Creditoribus reddendi, vel in Archivo reponendi. vid. infr. fol. 88. ad 12mum.

Ad 12mum. Facta hujus Puncti explicatione: Reperiri sparsim in Regestro Quietationum à Summis Capitalibus in Bonis Czuszow locatis, plurimos Census annuos Summam Florenorum 3157. plus minus efficientes, necdum à suis Creditoribus receptos, utpote eorum manibus propriis, aut eorum Plenipotentiariorum non subscriptos, consequenter non exsolutos, neque in Archivo repositos, sed apud quasdam Collegiatas Personas, illasque ibidem non specificatas hærentes: Esse verò id negotii summi momenti: quandoquidem Personas Collegiatas vel obire vel abire non rarum est; et licèt immortales vel immobiles essent, Creditores tamen Czuszovienses, non à singulis Personis Collegiatis, sed à tota Domus Minoris Communitate, utpote Villæ Czuszow his temporibus Tenutaria, ejusmodi Census sibi debitos, quocumq tandem tempore requisituros, repetituresque, nec dubitandum sit: Induxi Præpositus, animadverteret V. Communitas diligenter, quid sibi agendum, statuendumque restaret, nisi velit majori singularium Personarum, quàm Boni Communis amore teneri, atq inde necessariò consequentia incommoda experiri. Et Vobis Communitas admirata tantam Czuszoviensium Censuum retentorum, apud quosdam Collegiatos hærentium summam, attentisque momentis superadditis, seriò conclusit: ut quisq ex Collegiatis Professoribus supradictos Census à Summis in Bonis Czuszow locatis provenientes, à se inter suos Creditores exdivisos, ac in allegato Regestro descriptos hactenus retinentibus, quantocyùs intra unius Quartualis sequentis spatium, præsentibus Cracoviæ Creditoribus, salva Quietatione in eodem Regestro, loco proprio per Recipientem specificè annotanda, omnino exsolveret; pro absentibus verò, salva quietatione per Præpositum similiter apponenda, in Archivo, præsente Officio, indilatè reponeret.

Ad 13tium. Producti sunt Libri suprà in Puncto nominati, quorum debitam integramque conscriptionem summè

pernecessariam Venerabilis Antiquitas semper judicavit, in eamq negligentes, aut procrastinantes serio animadvertit: et quoniam plure eorum etiamnum non sunt completi, V. Communitas decrevit, ut indilatè ab iis, ad quos pertinet, complerentur, sub pœna carentiæ mensæ donec inscripserint. Quæ Conclusio licet de omnibus suprà hic fol. 75. Nº 13. expressis Libris procedat, specialiter tamen de Libris Rationum per DD. Consiliarios conscribi solitis, ac de Libro Conclusionum hactenus apud Illrem Clmum et Adm Rndum D. M. Mathiam Potaczewski hærente, in quo Conclusiones duorum Quartualium, quibus præpositavit, inscriptio desideratur, est specialissimè intelligenda. Videsis Statutum 29. pag. 46. Librum Actor. Veter. fol. 11. 39. 56. 57. 58. 97. et hic fol. 75. ad 1mum.

Librorum conscriptio commendatur, præcipuè Rationum et Convocationum.

Ad 14tum. Cùm neque ex Libro Conclusionum, utpote ab antecedaneo Illri Præposito nondum conscripto, ac mihi reddito, neque à Concollegiatis Professoribus eo temporis præsentibus, de Jure, quo Illris Clmus et A. R. M. Mathias Potaczewski Bona Sidzina et Czuszow administraret, Præpositus sufficienter informari potuerim; cùmque item Proventus et Status eorumdem Bonorum, tum propter Calculationis procrastinationem, tum propter relationis defectum, planè à cæteris ignoraretur, meritò hoc Punctum extradendum esse duxi, præsertim, cùm et Ipsemet Illris Potaczewski pridie hodiernæ Convocationis ejusmodi Punctum ad me in sua Scheda transmittere non dubitaverit: Ad videnda et audienda Regestra Administratoris Sidzinensis ex Anno 1771. finito pro Festo S. Joannis Baptistæ. Cùm verò Punctum à me extraditum hic fol. 75. Nº 14. pluribus constet membris, de singulis Illris Potaczewski requisitus:

Quantùm ad Jus Administrationis Sidzinensis, respondit, se electum fuisse per Convocationem stante Præpositura Illris Clmi et A. R. M. Francisci Kolendowicz, Phiæ Dris et Pfris Collegæ Minoris, Contubernii Pauperum Senioris. Et Vblis Communitas docendum esse censuit. Cùmque hujusmodi Electio diligenter perquireretur, in nelltra Illris Kolendowicz Præpositura se visendam exhibuit; in Primo tantùm sub Annô 1769. Die 29. Aprilis ad 3tium, hic fol. 28. ubi, quid agendum esset in futura Commissione in Villa Sidzina ratione Decimæ ex Agris et Prædio ejusdem spectantis ad Præbendam S. Mariæ Magdalenæ in Collegio Juridico existentem deliberabatur, fit quidem clara mentio Administratoris Bonorum Villæ Sidzina, expresso Nomine Illris Potaczewski, cui inibidem facultas ac plenum jus prætactam Causam Decimalem tuendi ac promovendi conceditur; sed tantum abest ut sæpe dictus Illris Potaczewski per citatam, ac per se allegatam Conclusionem, Administrator Sidzinensis eligeretur vel constitueretur, ut potiùs ad dictam Causam Decimalem coram Judicio Commissoriali hic fol. 27. pro virili tuendam ac promovendam, per V. Communitatem deputaretur, non quod esset, sed uti et tamquam esset præfatorum Bonorum Administrator.

Jus administrationis Sidzin.

Nec pro suae Administrationis jure legitimando potuit recurrere, quemadmodum nec recurrit, ad Conclusionem Annô eodem 1769. Die 11. Jan. ad 1mum, hic fol. 23. latam: quandoquidem eo temporis Praepositus existens, Plenipotentiarius tantum, seu Procurator Conversionis Villae Sidzina evincendae, non ejus Administrator, est electus. Tum ibidem ad 2dum. Litis expensarum in Causa Conversionis per Illrem Potaczewski faciendarum refusio, ex futura Villae Sidzina Tenuta, idque adhuc disjunctivè promittitur, non verò jus tenendi et administrandi confertur. His auditis et attentis, V. Communitas de legitimo dictae Administrationis jure nonnihil subdubitare coepit. Sed quoniam tanto tempore uti et tamquam Administrator Villae Sidzina haberetur, et scriberetur, ut hic fol. 38. 43. 48. ejusmodique Administrationis Regestra per V. Communitatem hic fol. 45. approbata fuerint, et aliunde odia restringi, favores conveniret ampliari. V. Communitas ejusmodi Administrationem Villae Sidzina per Illrem Potaczewski gestam, ut praeteritam, Revisione Inventarii et Calculatione salvis, ratam habendam; ut futuram, donec aliter de iisdem Bonis disposuerit, similibus salvis tolerandam esse duxit.

Regestra Sidzinen. Quantum ad Regestra Villae Sidzina: ad horum productorum Revisionem praesentaneum Domus Officium deputatum.

In continenti, Illris Potaczewski sibi Administratori annuum salarium constitui. Et V. Communitas hoc se circa productorum Regestrorum approbationem constituturam dixit.

Quantum ad Statum Villae Sidzina: Hujus informationem ad manus Praepositi se daturum Illris Potaczewski appromisit.

vid. infr. fol. 89. Quo verò ad haec eadem circa Bona Czuszow, horum resolutionem dandam ad futuram Convocationem V. Communitas distulit.

Electio Praepositi. Ad 15tum. Electus est in Praepositum Domus Minoris ex vi vocationis Clmus D. M. Valentinus Podzynski Phiae Dr et Prfr, Collega Minor, Contubernii Hierosolymitani Senior.

vid. fol. 85. Ad 16tum. Post extraditum jam hocce Punctum, Illris Potaczewski alterum in sua nominata Scheda ad eamdem materiam spectans Punctum transmisit, scilicet: Ad deponendum juramentum per Hospitam Domus Minoris explendum, super semi-vasis 5. butyri, salsis carnibus, lodiceque furtô ex Collegio ablatis. Facta hujus rei explicatione, V. Communitas negotium hoc Officio Domus dijudicandum commisit, et remisit.

In continenti Illris Clmus M. Romualdus Laskiewicz

petiit et Illmis Amis Potaczenski, hactenus in habitatione Illmis Amis Baranski manentis favorem, et V. Communitatis consensum, ut in Ejus habitatione tantisper locaretur, donec et aura incaleseret, et sua habitatio repararetur, et obtinuit.

Actum in Collegio Minori post Dominicam Sexagesimæ, Die Lunæ 24. Februarii A.D. 1772.

Officii Jurisditio

Coram Nobis, Præposito et Consiliariis Collegii Minoris Almæ Academiæ Cracoviensis, ad mentem Conclusionis in Convocatione Domûs sub Die 21. mensis et anni Currentium celebrata, ad Actum hodie, comparens personaliter Illmis Amus M. Mathias Potaczenski Phiæ Dr et Prof. Collega Minor, Actor in et contra Franciscam Siniauska ejusdem Domus Coctricem, proposuit Imò Butyri semivasa S. Tdi Salsas carnes et dolio. Tiò Lodicem, vel per istam vel ejus incuriâ ablatas esse. Ipsam proinde vel ad præmissorum restitutionem sive compensationem, vel ad sui per Juramentum Corporale purgationem stringi postulavit. Ad adversa Franciska Siniauska Citata Rea, nullius ex præmissis conscium se esse dixit, seque ad præstandum in sui purgationem corporale Juramentum obtulit, sibi proinde relentum pro procedenti Quartuali S. Crucis Mcenorum T. grossi 4. deserviturum mercedem in toto restitui, ac ab impetitione sui Actoris liberam pronuntiari petiit. Officium præsens auditis Partium allegationibus et responsis Suprafatam Citatam, aliàs se libere offerentem, et varia confessæ sibi antecedenter injuncta dispositam, ad præstandum Corporale Juramentum in sui relevationem admisit. In continenti alibi dicta Citata Juramentum corporale, juxta formam per Ejus Actorem descriptam, in eodem Judicio tacta duobus digitis Cruce deposuit. Et Officium idem audito per nominatam Citatam præstito Juramento, eamdem à præmissorum omnium restitutione sive compensatione et ab Actoris sui impetitione liberam pronuntiavit, eidemque relentam per suum Autorem ex anteacto Quartuali S. Omnium SS. T. gr. 4. deserviturum mercedem per Eumdem Actorem restitui decrevit. Decreto præsenti ad præmissa mediante.

Convocatio.

Anno 1772. Die Veneris 28. Febr. Celebrata fuit Convocatio per me Præpositum die hesterna, formâ et Stylo solitis extradita de et super degg. Punctis: Imò. Ad eligendas Conclusiones anteriorum Convocationum. 2do ad investiendum D. Rectorem Domûs Jenâ Ota prodiens præcedenti electum. 3tio. ad audiendas et audiendas Rationes Perceptorum et Dispensorum antecedanei Præpositi, ac eadem approbandas. Tum ad deliberandum &c. sub pœna non contradicendi. Cui Convocationi loco et tempore advenio.

Selectio Conclusionum vid. f. 75.

Ad Imum. Selectæ sunt Conclusiones anteriorum Convocationum tantisper ex charta: ex quo antecedaneus Præpositus Conclusiones sui Officii rendum inscripsit, salva tamen Conclusione sub die 21. mens. et An. Curr. ad Imum sata hic fol. 75. et inscriptione præcedentium Conclusionem, cui de Jure, seriâ Commen-

data. Ex qua relectione constitit, aliquot puncta illius Convocationis praesenti fuisse reservata, ad quorum resolutionem V. Communitas descendendo.

Ad 3tium hic fol. 80. Quando quidem ego Praepositus à Patribus Collegi Majoris sufficienter informatus, Vbi Communitati retuli, nusquam fuisse, nec esse in Domo Majori hanc legem vel consvetudinem, ut Ejus, aut etiam Universitatis Procurator abscedens, per tempus suae absentiae de mensa participaret, aut haec ipsi solveretur, et aliunde Domus haec Minor Legibus et consvetudinibus Domus Majoris, vi Erectionis suae, regi debet, Libr. Privil. fol. 197. visum est V. Communitati, petitioni Illmi Jarzęcki per suas Litteras nuper lectas expressae, quoad participationem mensae tempore suae absentiae non deferre. Nec suae conclusioni obstare dixit V. Communitas, quod praesentiam in Universitate habeat: tum quia Universitatis ad Domum Minorem nulla paritas: cum haec tenuissimos proventus habeat, quemadmodum in simili casu Annô 1773. die 21. Maji, act. Vet. fol. 7. responsum est, et praeterea Eidem Illmi Jarzęcki quà Domus Minoris Procuratori per Conclusionem Die 21. Men. et Anni Curren. ad 2dum Nº 11mo, hic fol. 79. quoad Anniversaria praesentia computetur.

Denegaõ Mensae absenti.

Ad 5tum hic fol. 81. Fecit relationem Officium revisum fuisse Archivum Domus, cujus peculium in distincta Scheda annotatum, manibus propriis subscriptum produxit. Et V. Communitas ejusmodi Schedam hic inserendam censuit. Estque talis:

Revisio Archivi.

Revisio peculii in Archivo repositi, ad mentem Conclusionum in Convocatione sub die 21. Febr. Aº 1772. latarum, per Officium Domus die 27. Mensis et Anni Curren. facta, V. Communitati pro Convocatione die 28. Mens. et anni ut supra, congregatae denuntiata, ac per Nos infrascriptos Officium Domûs eo temporis constituentes, in facie ejusdem V. Communitatis propriis manibus subscripta. Reperimus autem sequens Peculium Concernens Scholasticum Cureloviensem ex Bonis Czuszow:

Peculiũ Scholastici Cureloviensis in Archivo.

	Fl.	Gr.
Pro Aº 1760. in 1761. Festo S. Joan. Baptae finito Illmi Czerwinski reposuit	74.	17.
Pro Aº 1761. in 1762. Ill. Cęder reposuit f. 178. Ex his Ill. Mąsiorski ad complementum debet f. 45. 12. manent in Archivo	132.	18.
Pro Aº 1762. in 1763. Fl. 232. 17. apud Ill. Mąsiorski haerent.		
Pro Aº 1763. in 1764. Illmi Putanowicz reposuit. — — — —	193.	14.
Pro Aº 1764. in 1765. Illmi Baranski reposuit. — — —	232.	17.
Pro Aº 1765. in 1766. idem Illmi Baranski reposuit. —	232.	17.
Pro Aº 1766. in 1767. Illmi Ambrozewicz reposuit. — —	225.	22.
Pro Aº 1767. in 1768. Fl. 232. 17. non reperiuntur, nec vestigium est, quod fuerint repositi.		
Summa hujus Peculii. —	1091.	14.

Hoc praeinsertum Peculium, Scholasticum Cureloviensem

ex Bonis Czuszow concernens, et varii generis moneta congestum, juxta schedas ibidem repertas, ac Regestra Distributionum Czuszoviensium verificavimus, numeravimus, respective ad suos annos distinximus, seorsivis schedulis signavimus, sigillo Praepositi Domus infra scripti pro tempore existentis communivimus, ac in eodem loco, ubi fuerat, salvum et integrum reposuimus.

Quantum ad Utensilia. Reperimus quidem in Chartis vestigia, haec eadem ibidem reponi consuevisse, ac etiam aliquot Florenos ex Utensilibus collectos ibidem defacto repositos fuisse, verumtamen nec obolus nobis ex Utensilibus apparuit. Certe in subsidium mensae calamitosis temporibus haec fuisse exportata, facile intelleximus. — vid. supr. fol. 81. ad 5tum.

Quo vero ad Legatum Siepcianum Florenorum 50. pro pecunia ambulatoria Anno 1640. die 18. Augusti, tum Depositum Pudlovianum Florenorum 52. de quo in Libro Privileg. fol. 121.; hujus utriusque Summae nullum extat in Cista Monumentum, et obolus nullus, certe quod contulit pietas, consumpsit vetustas. — Ibid. ad 10.

M. Petrus Jg. Rydulski Phiae Dr et Prfr. Coll. Min. Praepositus mpp

M. Josephus Wisniowski Phiae Dr et Pr. Consil. 1mus.

M. Antonius Jg. Jarzęcki Phiae Dr et Pr. Coll. Min. Cons. 2dus.

In Continenti retuli Praepositus, tempore Revisionis praesentis repertam fuisse Schedulam, in qua scribitur Illris Laskiewicz reposuisse pro Utensilibus ex 4. Ingressibus Fl. 36. Sed ex his, ut ibidem notatur, Illris Ambrozewicz accepit Fl. 12. Reliqui Fl. 24. per Nos Revisores computati ad complementum Summae Fl. 225. 21. ex Bonis Czuszow Scholasticum Curelovienses concernentis, ac per Eumdem Illrem Ambrozewicz in Cista non integre repositae, vel saltem a nobis repertae. Tum, ejusmodi Fl. 36. pro Introitalibus repositi, unde sint repetendi, induxi. Et Communitas Fl. 36. pro Utensilibus, ut supra, repositos, ac eorum quidem Fl. 12. per Illrem Ambrozewicz acceptos, jam vero Fl. 24. ad complementum dictae Summae per Eumdem non integre repositae computatos, ex Ingressibus et Dismembrationibus Illrem Ambrozewicz concernentibus esse repetendos, ac in Cista per Officium reponendos, praesenti Conclusione decidit. — Utensilia in Archivo

Eodem temporis ego Praepositus Fl. 18. ex ingressu meo et Illris Podzynski pro Utensilibus, in uno aureo reposui.

Ad 6tum hic fol. 81. Defectus Inventarii supplendus, Neo-electo Clmo D. Praeposito, salva repetitione ab illis Personis, quas constat, vel constiterit aliquem defectum Inventarii causasse. — Inventarium supplendum

Ad 9num ibidem fol. 81. Vblis Communitas Collegii Minoris consulendo Bono Professionum sive Collegiaturarum suarum, ex unanimi voto et assensu omnium conclusit, ut Libri distincti singularum Collegii Minoris — Conclusio circa Professionum munimenta Libris inscribenda hic fol. 111.

Professionum per suos respectivos Collegiatos Professores, aut eorum Plenipotentes, cum annotatione per extensum Erectionum, Privilegiorum, Inscriptionum, Translationum, Obligationum, Decretorum, ac quorumvis Munimentorum, tum etiam Quietationum, si quae fuerint, necnon receptorum in antè Censuum, qui quidem Census per seriem annorum sub forma Quietationis certa semel in eum finem confecta in posterum inducendi erunt, comparaverentur, ac in effectu conscriberentur in spatio unius anni à die praesentis Conclusionis computandi, sub poena carentiae omnium Dismembrationum. Quae Conclusio ut ad effectum deduceretur, Documenta singularum Professionum, quae in Archivo reperiri poterant, per V. Officium Domus suae, salva assecuratione restitutionis in seorsivo Libro connotanda, V. Communitas ejusdem Collegii extradenda decrevit.

Utilitas hujus conscriptionis.

Ejusmodi Conclusionis per singulos Collegiatos Professores, aut eorum Plenipotentes executionem tanto promptiorem accuratioremque V. Communitas futuram sperat, quanto uberiorem ex hujusmodi executione cum Praesentaneorum, tum Succedaneorum Professionum Collegii Minoris Bonorum utilitatumque proventum non jam sibi pollicetur, sed quasi praesentem intuetur. Quid enim causae est, quod Professionum quarumdam Census vel diminuti, vel planè extincti sint, nisi quod eorum Inscriptiones dispersae, suis Possessoribus sint incognitae? Fors multarum Professionum Munimenta, apud suos respectivè Possessores olim haerentia, iis abeuntibus vel obeuntibus abierunt, vel obierunt. Quid de obligationibus à Fundatoribus vel Officio impositis per respectivos Possessores absolvendis? Quadsi hujusmodi Munimenta Libris per extensum ingrossata fuerint /: repositis expost in Archivo Originalibus vel authenticis :/ Librique hujusmodi sufficienter conscripti, ac in posterum accedentibus Fundationibus Auctionibusque Professionum conscribendi, de manu ad manum circa Professionum vel Collationem, vel permutationem tradentur, et conservabuntur, quis non videt efficax ejusmodi malorum evitandorum remedium? Hujus demum Conclusionis fideli observantiâ satis superque fieri poterit juramento corporali in Professionis assecutione praestari solito super non alienandis suae Professionis Proventibus, quinimo alienatis pro posse recuperandis.

Ad 10mum hic fol. 81. Habetur resolutio hic fol. 87. ad Stum §. Quantum ad Legatum.

Census & Bonis suppon

Ad 12mum hic fol. 82. V. Communitas salvando et confirmando praeinsertam citato Ro et folio Conclusionem, ejusque executionem commendando, Censum tamen Peraugustum Ca-

Capitulū Cracovien. concernen. in archivo asservand. fol. 123. §. Sub Pœnâ

pitulum Cathedrale Cracovien̄se ex iisdem Bonis Ecclesiæ concernentem exceptum esse præsenti Conclusione statuit, nec Procuratori ejusdem Capituli tradendum, sed in Archivo Collegii præsentis officii Domûs reponendum concludit: Ex quo Conclusi Collegii plenè debiti, ac per iidem Perangustum Capitulum olim Solvirid. hic soliti, ac præsertim ex Fundatione Podiana quotannis fl. 200. rigore Catechismi, non solvantur Collegio.

Jus administrationis Bonorum Ecclesiæ

Ad 14tum. §. Quò verò ad hoc eadem hic fol. 92. de Jure administrationis Bonorum Ecclesiæ Illmi Domus Potaczowski requisitus respondit se quâ Præpositum eo tempore, hujusmodi administrationem consecutum fuisse, ut patet hic fol. 56. ad idem. Cumque nihil nihil amplius pro hoc juxtâ referret, V. Communitas suspensâ tantisper super eo responsi suâ Sententiâ, Illrem Potaczowski ad Registra Perceptorum et Expensorum suæ administrationis Czyżoriale in Convocatione post duas hebdomadas celebranda, producenda Statumque præsentandum ejusdem Villæ declarandum, obligatum esse valuit.

Ad idem præsentis Convocationis Punctum hic fol. 0. Memoria juratoria Spectabilis Dñi Mathiæ Szczepanowski Dñi et Rpti, Collegæ Minoris, Rev. Electo Domûs Præposito, ad mentem Statutorem præstita, pro more et consuetudine idem ipse investitus est, ubi quemadmodum locum et officium cessit, ita mutuis plausu in eadem Convocatione acta et decisa huic libro ingrossanda relinquo.

Præpositura Xma

M. Valentini Johannis Cantii Podzyński Philosophiæ Doctoris & Professoris Collegæ Minoris.

Anno Dñi 1772 die 24 Febr. in Convocatione per antecedaneum D. Præpositum Domûs Minoris celebrata ad mentem statutorum Academiæ Magnifici Rectoris et Dñi Dñi M. Jacobi Marcinkowski Ill. Doctoris et Professoris Cathedratici Cracovien. S.S. in Præpositum Domûs minoris more solito inversitus. Ego M. Dñi Ill. Podzyński petii a V. Communitate ex fundatione Honeyczidna extradendam mihi portionem canetam, cui petitioni V. Communitas unanimi consensu annuit, ita per V. officium Domûs pro recepturis meæ Communis extradi et mihi Florenos Centum viginti Quo Anno 120.

In eadem Convocatione quæritum ad Otium rationes antecedanei Præpositi de perceptis et expensis per D.D. Consiliarios facta et producta, per V. Communitatem approbentur nec ne. Expensarum verò ultra æquitatem ex primis præsentibus compensandum antecedaneo D. Præposito eas V. Communitas approbavit. Actum ex gratiis per plurimum Ill. Magnificum Rectorem finitaque

Desiderii Alm. Ped. Med. Bon. fol. 59. 60. 70.

Anno Dñi 1772 die 20 Febr. Desiderium M. Andreæ Baldorchi Phil. et Med. Doctorem almæ Universitati commendatum, in Consilio Ejusd. almæ Universitatis prudentum et de tenore Ejusmodi.

Elapso nuper anno mense novembri; Dominus noster collatis calculis unum mihi denegavit: Debet versationem sententiæ cui = quod Dominus minorem non habitem = quod actus disputationum philosophicarum non conveniant = quod experimenta facultatem vacuerint: nuttam ea, quæ debabitur Secularis consultis ex majoribus sigillarat. At vero ac minimum adulum mihi videor, si quandiu academicum, tandiu Collegam me sentiam, qui gratiosis majorum votis in laborum mentorumq. qualitatem fuerim salutatus; bonum in communitate possedi: et nisi Universitatis mihi vel ego meum alter dignorum; Collegium mihi non habet jus inscribendi et nomen Collegæ et fruendi aliasq. ac Anxiis Patronæ Dominis majoribus et me inscio, fortasse minus caute et minus modeste feci. Nostra Medica privat me loco in Universitate regni privare debet et me stipendio Collegarum? Ascendi ad Facultatem experiorem, ed qua Collegiatus non habet, mensam communem habuam, nullam provisionem. Quid de Collegium Collegium artistarum audit. Medicus vero ego Philosophus ego non dicis Collegium inhabilare plura vetant: et si alios participantes de reportis mihi totalis Collegii Regius dispensat regno me ligare debet. Regno multa talia ac cetera exteriora distinguunt Virum academicum sed grandem. Hæc Catholica, hæc literarii exigunt; sub occasione extraneas has notas (accipio. In aliis Universitatibus obtinet. cum tota alma nostra Universitas etiam apud vulgum laica audit. Non disputo cum aliis ut Phs, disputabo ut medicus, non lego ad aliis Phs, legam cum aliis Lectoribus definito pro medicina tempore. Quid vero ab tantum fruar, quantum alteri Medicinæ Lectores habeam: qui omnes ad alia vias Universitatem dirigerunt; illi ipsi ut hospites aperti jam mei, ego vero ut ingaliing ad pulsando et expectando. Quelcta Dominus major cum negotium hoc esse minus cum ad Patronæ Collegii minoris non surgunt: illud almæ Universitatis supplicat commendamus, sententiam Ejus expecto. Et quoniam Collegium meum definitive dejure est dicere sortiative me a loco officio Consiliariis et fructibus privavit, Da ut in pristinum restituar, obsecro eos.

fol. 70. Responsio Bardta ad Desiderium.

Anno Dñi 1772 die 8. Martij in Domo Minori celebratum est Consilium cui ex Desiderium Clarissimi ac Excellentis Dñi M. Andreæ Baldorchi Phil. et Med. Doctoris ex Jurisprudi Anxiis resultato facta est expte Collegii Minoris ad Spectatum Ederium responsio de tenore segnti:

Ad reponendum in Archivo Monimenta si quæ apud quempiam ex Collegiatis reperiantur. 8vo Ad Collegenda debita tam Collegii quam Collegiatorum. Sunt ad alios &c. cui satis loco. Ad 9num. Relecta et Conclusiones Illmi Dni Potaccenschi ex Quartuali Cmis Ao 1771 ex libro quarum decretis obligatus est ad ingrossandum Inventarium ex Clericis Villæ Bentivogli et manifestationem contra S. Raffaelschi. Cætum dis tamen pro priori D. Communitatis Oppidis. Et resumendo Anteriorem de relegendis Conclusionibus sub die 21 Mai fol 75 latam, conclusit ut Conclusiones latæ post Septimanam in Schedis conscriptæ in Cæli Communitatis ad recognoscendum quant ad cognoscendum num dictæ omnia deducta bene inscripta alias ad corrigendum, mutandum, addendum &c. Ad 10dum Constituit Dnus P. V. Communitatem ad revidenda registra Spectabilis Domus deputati, cum obligatione faciendæ relationis die Veneris subsequente pro obtinenda approbatione. Ad 11tum. Electus et installatus investitusque in Prioratum Domus ex ejus vocationis Illustris Cmis Dnus M. Laurentius Bularmi Chiæ Dis et Pfris Collega Juridicus Vocatus cui sic talis ornatissimus cui quemadmodum locum cessit, ita plura et necessaria circa bonam ordinem Domus Minoris huic libro ingrossanda relinquo.

Lectis Consiliorum Septimanis respective Conclusionibus et approbatis.

Præpositura Ima

M. Laurentii Bularmi Chiæ Dis et Pfris, Coll. Min.

Anno Domini 1772. Die Lunæ 7. 7bris electus ac simul investitus more consueto M. Laurentius Bularmi Chiæ Dr et Pr Collega Minor actualis et Juridicus Vocatus in Præpositum hujus Domus, petiit extradi sibi Archivum Fedaricam suum Quartuale concernentes, et de consensu D. Communitatis obtinuit. Tandem ad relegna Convocationis per antecedaneum Cmum D. Præpositum, hic fol. 102. extradita puncta condescendit, et quidem:

Ad 1tum. Recit relationem antecedaneus D. Præpositus, quo modo in Convocatione Universitatis Ao eidem 1746. die 9na Julii celebrata, ad 1tum, Perillus Dnus et A. R. D. M. Joannes Rygaldschi S. Th. Dr et Pfr Collega Major, uti et Jangm Perillus olim Dnus et adm Rnd Dnus M. Casimiri Legatarii S. Th. Dis et Pfris Collegii Majoris Senensis Patris Gen. ultimæ Voluntatis Executor exhibuit Testamento alte dicti piissimi defuncti ad Cœnum Collegii Minoris legatas Aureos tres, requirentesque a Collegio Minori, num Pecunia ejus ambulatoria ad Aureos 18. ascendens adusque integra conservetur in eodem Collegio, alias si declaraverit, alma Universitate consentiente, et similiter concludente, non secus nec aliter præinductos Aureos D. ad Cœnum Minoris Collegii legatos extradituros, donec prædicta Pecunia ambulatoria alias expensa, in integrum per eodem Collegium Minus restituerentur. Qua V. Communitas hujusmodi relatione auscultata, maturaque deliberatione præhabita, dictos Aureos 18. Pecuniæ ambulatoriæ, quos alias juxta se ex Schedula in Archivo reperta constitit, omnino resarciendos ejus

Legatum 18. ad Cœnum

Pecuniæ ambulatoriæ restitutio

duxit et concludit hoc modo: Imò Quandoquidem ex antiscriptis liquet S. certo constat, Illum Adm Rndum D. Ambrozewicz Phie Dren et Pphum Collegii Minorem ex una parte, et Archivo accepisse aureos nel dubitari possit, eos vere fuisse de numero Pecuniæ ambulatoriæ, ex altera, eosdem accepisse sine merito consensu V. Communitatis: cum hujusmodi consensus nulla extent monumenta sive ex Conclusionibus Domûs, sive ex testimonio Protocollorum Collegiatorum cum eodem Illo Ambrozewicz conviventium, ac etiamsi forte cum consensu accepisset certè juxta naturam Pecuniæ ambulatoriæ, dicti aureos S. Statim post finitum sui Præposituræ officium, sub privatione mensæ restituisse debuit et tenebatur, Unde V. Communitas in præsenti Convocatione congregata unanimiter censuit, dictos #S. ex Membratim Illo Illum Ambrozewicz convenientibus, reliquos verò #10. tum ex Censibus retentis Villæ Boszczynek, tum ex aliis Mensæ communi applicatis esse repetendos, ac pro pecunia ambulatoriâ absque diligentiâ in naturâ suâ conservandâ respondere, regestroque Archivi ingrossandos. 2dò Deputavit Illum D. Præpositum, ut assumpto uno ex Consiliariis, Perillum Dum M. Joannem Lygalium S. Th. Drem et Pphum, uti et tanquam p. d. Perillis Noplowski Executorem hujusmodi latæ Conclusionis, ac factæ diligentiæ cortiorem reddere, legatosque #S. ad Arcum Collegii Minoris expostulare. Quid plura effectum est.

Ad 4um. Post multas consultationes et deliberationes, tandem V. Communitas Domus Minoris, quâ voce, quâ scriptis unanimiter convenit ad ferendam sententiam Arcui Collegii Minoris definitivam hujusmodi:

Arcus Domûs constituit.

Collegiati Magistri Domus Minoris Almæ Academiæ Cracoviensis, officiosè pro Convocatione congregati, matura deliberatione, multisque consultationibus præhabitis, quemadmodum collatam olim ecclesiæ piè ac liberaliter per munificos Benefactores, scilicet Annô 1626. per M. Albertum Sepreidum Florenorum 50. quibus additi Florini 30. g 10. Pomorianiani, Annô 1640. per M. Stanislaum Pudlowski, M. Joannes Augustini Rybkowic Executorem Florenorum 52. per M. Andream Grabianowski Florenorum 100. M. Jacobum Sudli ex Pomoriana sorte se concernentem Florenos 50. Anno 1654. per M. Gregorium Medlinski Fl. 100. per Executores M. Kostkowski #Hung. 2. alias Fl. 36. in Summa Florenorum 421. g 10. Pecuniam ambulatoriam, cujus hic fuit character, ut si cuiquam Præposito, Censibus aliis pro Mensa communi providenda deficientibus, ex illa quidpiam daretur, id ipsum rursus ille in depositione sui Præposituræ statim et sine procrastinatione ulla Communitati teneretur reddere, sub pœna privationis mensæ tamdiu, donec reposuerit, non mediocriter dolentes perimus; ita ne Successores Nostri similis improvidentiæ non accusent prudenter præcaventes: Et adverso, quemadmodum pari munificentia præstitæque relictam, quo vetustioris antiquitatis munimentum, ei promptioris in casu necessitatis remedii argumentum

Legata Sana antiqua.

praeseferentem, ad Nos usque Deo auspice integrè conservatam, Rem argenteam videre nos maximopere gaudemus, simili modo charismata meliora aemulari ex animo cupientes: uberrimum exinde quà levandi oneris praepositandi, quà vindicandi Census retentos, quà Mensae necessaria in defectu aliorum Censuum subministrandi, quà movendi Munificentiam Benefactorum ad succurrendum nostrae inopiae: cùm perspectum habuerint, Nos non nostris tantùm privatis commodis indulgere, sed bono etiam Communi, non obstante quantulacumque participationum Nostrarum diminutione, pro virili invigilare, emolumentum proventurum certò sperantes: Tum omnium bene ordinatarum Communitatum, ac praecipuè Almae Nostrae Universitatis, Inclytae Domus Majoris, Nostrorumque Praedecessorum vestigiis insistendo: Tum Bono Communi Domus Nostrae omni meliori modo providentes: Tum demum novissimae Perillustris olim Clmi et Adm Rndi Dni M. Casimiri Stęplowski S. Th. Dris et Prfris, Collegii Majoris Senioris Patris, Collegiatae S. Floriani Decani, Seminarii Academico-Diaecesani Praefecti, qui suo Testamento aureos tres ad Caecum Collegii Minoris legavit,

hic fol. 102 quosque de Manibus Ejus ultimae voluntatis Executorum realiter ac in effectu recepimus, voluntati satisfacientes, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, Caecum sive Thesaurum Communem restaurandum (: cùm etiam olim fuerit sub Nomine Pecuniae Ambulatoriae :) sive de novo constituendum esse duximus, prout praesenti Conclusione et Sententiâ nostrâ in futura tempora perpetuò valiturâ restauramus et constituimus in hunc, qui sequitur modum:

Unde caecus participet. 1mò. Ex quibuslibet Dismembrationibus, sive singulos sive praesentes tantùm, aut praesentiam habentes Collegiatos Minores concernentibus, aequalis aeteris portio ad Thesaurum communem sive Caecum conferatur, ita ut dato quantolibet Collegiatorum numero, Caecus supernumerarius semper et perpetuò reputetur.

2dò. Si contingat aliquem ex Collegiatis sua portione Dismembrationis jure privari, haec ejusmodi portio hujusmodi jure privatum concernens, non cuipiam alteri, nisi Caeco cedet.

3tiò. Si dismembratio cum aliquo onere vgr. absolvendae missae, fieret, hanc eamdem obligationem Caecus subibit, detruncando scilicet ex portione ipsum Caecum concernente stipendium pro illo onere solvendum.

4tò. Ex Introitalibus aequaliter cum aliis Collegiatis, inter quos ejusmodi proventus distribui consuevit, Caecus participabit, demptis illis, si quae pro Refectione Ingressûs tempore Collegiatis apponi solita, de consensu Communitatis expenderentur.

5tò. Utensilia, cùm nulli singillatim Collegiato cedant, sed pro reparandis rebus Culinariis subserviant, licèt quidem non sint propria Caeci portio, nihil vetat, quin effectuando Conclusionem Domûs Ao Currenti 1772. Die 21. Februarii, ad 5tum, hic fol. 81. latam et contentam, ad eumdem Caecum, ne scilicet Regestra sine

necessitate multiplicentur, cum speciali in seorsivo folio annotatione inferantur, ad mentem Statuti 12. pag. 21. ac Regestro Cæci ingrossentur.

6tò. Ex illis Proventibus, qui provisionem Mensæ ex sua primaria institutione, vel subsequente V. Communitatis Collegii Minoris, aut alterius Subselii declaratione concernunt, Cæcus nihil participabit: Etiamsi ex residuo Perceptorum pro Mensa Communi Distributionem fieri contingeret. Salva libertate hoc Punctum expost, si placuerit, ampliandi.

7mò. Ex Dismembratione Gedanistica, quæ portio Mensam Communem concernit, hæc tota sine respectu Cæci pro Mensa reservanda; quæ verò Anniversarium et Professores; de hac utraque Cæcus debebit participare æqualiter, idque semper pro Anno integro, à Festo S. Joannis Baptistæ Anni Currentis 1772. computando.

8vò. Quodsi in Subsidium Mensæ Cæcus de proprio tantisper contribuerit, id totum ex residuo à Mensa, vel ex aliis primis pro Mensa proventibus antecedenter ac prævie erit compensandum.

9nò. Si pro vindicatione Censûs ad Mensam pertinentis ex Cæco aliquid erogatum fuerit, id totum Connotatum, ex eodem vindicato, vel ex aliis Censibus Mensæ itidem applicatis vel applicandis, resarciendum erit.

10mò. Si pro vindicatione Censûs ad distribuendum inter Professores Collegiatos /: ut sunt Martinalia, Gedanistica, Zamoysciana &c:/ consignati, Cæcus quidpiam expenderit; ante omnia ex tali Censu vindicato /: scilicet antecedenter ad omnem in singulos, quibus fieri debet, distributionem :/ Cæco integrum, quod expendit restituatur, Residuum Censûs vindicati, inter Collegiatos, ad quos spectat, ac Cæcum, æqualiter exdividatur.

11mò. Si pro vindicatione Censûs ad Professionem aliquam vacantem spectantis, per Præpositum vel Procuratorem Domûs facienda, Cæcus contribuerit, id totum ex Censu hujusmodi Professionis vacantis vindicato, Cæco restituendum erit; reliquum juxta legem convertendum.

12mò. Si quid verò pro reparandis rebus Culinariis expendi de peculio Utensilium contigerit, id notandum quidem, non tamen aliunde compensandum erit: cùm eo fine Utensilia conferantur; Nisi forte Expensa pro reparatione rerum Culinariarum erogata, Summam Perceptorum pro Utensilibus superarent: in tali enim Casu ex futuris Utensilibus compensatio fieri debebit; si scilicet pro hujusmodi majoribus impensis peculium ex Cæco acceptum fuerit.

13tiò. Si in negotio Bonorum Cæcus aliquid expenderit, ex Proventibus talium Bonorum, vel aliàs ex Proventibus Mensæ restitutio fieri debebit.

14tò. Nihil inferendum ad Cæcum, multò minus nihil auferendum ex eodem pro quacumque necessitate, nisi de expresso consensu

V. Communitatis totius: cùm in bursalibus unius oppositio valeat, ac in officiosa assistentia totius Officii Domus Minoris, qui secus facere præsumpserit, privationem omnium Bonorum Collegii Minoris noverit se irremissibiliter incursurum.

Regestrum Cæci. 15tò. Erit itaque distinctum Regestrum in Scrinio Archivi Domus Minoris continuò asservandum, manu Præpositi pro tempore existentis, præsentibus Consiliariis, conscribendum, in quo, /: Almæ Universitatis, ac præsenti Domûs Conclusionibûs præinsertis :/ Percepta et Expensa de die et Anno, Censu, Nomine et Cognomine suo expressis, notabuntur. Nihil igitur inferendum, vel auferendum de Cæco, nisi in eodem Regestro suo loco prænotetur.

Revisio Cæci per Officium. 16tò. Inter alia Consiliariorum Domûs Officia, hoc speciale ipsis incumbet, ut quandocumque Census aliquis sive per Præpositum, sive per Procuratorem receptus, de recenti obvenerit, Ipsi diligenter seriòque animadvertant, num de tali Censu non sit aliquid Thesauro Communi, "prævie juxta præmissa" restituendum, aliàs V. Communitatem aut Præpositum præmoneant, ne Censum receptum vel p Mensa convertant, vel inter Collegiatos distribuat, nisi id et tantum Cæco antecedenter, omni dilatione rescissa restituatur, quod et quantum ex eodem præacceptum fuerit, nisi velint hanc eandem refusionem Cæco faciendam sibi imputari.

17mò. Circa expirationem Officii Præpositalis, diligenter et specialiter animadvertent Neo-Constitutus Præpositus et Consiliarii Domûs, an Depositum Cæci integrum juxta Regestra maneat, reperiaturque, necne? An Regestra Perceptorum et Expensorum sint debitè ac in toto conscripta? aliàs minimum defectum connotatum serio inquirent, et nisi hoc negotium Ipsi soli deciderint, V. Communitatem prima die sufficienter informabunt. Idem et maximè Neo-electis Consiliariis faciendum erit, ne, si quod inscia V. Communitate detrimentum Cæcus sive Thesaurus Communis passus fuerit, ipsis per V. Communitatem imputetur, eidem Cæco in integro restituendum.

18vò. Hinc obviando cuicumque damno, statuimus, ut quilibet Præpositus Neo-Electus die suæ Investituræ, et quilibet Consiliarii Neo-Constituti, die suæ Electionis, vel immediatè sequenti, Archivi juxta Inventarium revideant, pecuniamque repositam juxta Regestrum prænumerent, nisi jam prænumerata et obsigillata fuerit, suæque Revisionis in Seorsivo folio connotatæ, testimonium V. Communitati perhibeant. Quodsi aliquem defectum repererint, antecedenter ante subscriptionem Revisionis Archivi V. Communitatem hujusmodi defectûs commonefaciant, nisi velint eumdem defectum sibi adscribi compensandum.

Custos Cæci. 19nò. Adextremum, quo præmissa omnia plenius accuratiusq observentur, placuit V. Communitati, hujusmodi Thesauri sui Custodem specialem constituere, cujus, non obstante, quod vel Præpositi, vel Consiliarii ex ordine suo munere fungeretur, hoc officium erit: 1mò

3mo. Distinctum Librum ex pecunia Utensilium comparandum Labebit huic et Conclusionem Universitatis de pecunia ambulatoria, et hanc ipsam praesentem, omniaque percepta et expensa Olei, pecuniae ambulatoriae et Utensilium, quae melioris potentiae ordine, manu propria inscribet.

2do. Cujus Arcula et Clausulas hujusce Conclusionis revolvet, praedictam integrae aliqua dismembratione, aut Cerae receptu, ut si Praepositus aut Consiliarii officio suo supra hic expresso, sive per oblivionem, sive, quod absit, per ignaviam, defuerint et eos à Communitatem praemoneat.

3tio. Cistula in qua Olei, ambulatoriae ac Utensilium pecunia reponetur, in altera majori in qua clavem D. Praepositus pro tempore existens habet, et habere debebit, nisi expost quid seorius Statuatur, asservanda, propria serâ occludetur, in qua clavis apud Custodem perpetuò erit, ita ut nihil ab officio Domûs de eadem Cistula accipi, vel in eam inferri possit ac debeat, nisi custode praesente ac aperiente. Impensae pro hac Cistula et Utensilibus submittentur.

4to. Quo plenius Custos Thesauri officio suo satisfaciat, electus jurabit in manibus Praepositi, se praemissa omnia fideliter servaturum.

5to. Si Custos in Coloniam abscedere deberet, alius per V. Communitatem in Convocatione omnino constituendus erit. Si ad Superius Collegium vocaretur, nisi et ipsi et V. Communitati id idem placuerit etiam alibi manens, alius simili modo huic muneri par et exactus quaerendus et eligendus erit.

Haec sunt, quae non obstante quantalibuscumque rerum Nostrarum detrimento, spectato Nostri Communis amore, ac aliis supra expressis maturè perpensis, constituisse, ac laudatis articulis circumscripsisse, Nobis in Domino visum est; quae dignati succedanei maturè, prudenter, diligenterque consideraverint, tantum abest, ut vel ejusmodi Ammendum certè maximum haud incipientes, vel potius, quae sua sunt, quaerentes, et praescripta non observent, et congregata dispersent, ut potius, nisi praemissa omnia pro fide et Anxietia manutenuerint, Dei hominumque vindictam, ne incurrant, vereantur.

Ad Actum. Revisores Regestrorum produxerunt Calculationem eorundem Regestrorum Villae Sidina, ac in continenti reddiderunt in manus Praepositi eamdem Calculationem, Inventarium et Regestra ejusdem Villae ex Ao 1770. in 1771. in Archivo reponenda.

Ad Actum. Illres Potaszewski et Wyszkowski, Polyndski et Rydultski sua Professionis juxta Schedam quandam Munimenta D. Praepositi reddiderunt.

Ad Actum. Ad colligenda debita tam Collegii, quam Collegiatorum, Illris Lasocki ab acceptatem suam obtulit.

Sub Recto tam ad alia Conclusum est 3mò ut quisque Collegiatorum suas orbitas, cochleasia et cultros habeat, his, quae sunt Communitatis, in Archivo repositis. 2do. Ut Anniversarium Zamoyianum ad mentem antelatarum Conclusionum, et Missae p. Benefactoribus pro Reg. Quartalibus per quatuor, alias 12. absolvantur. Praesentibus

Orbitas, Cochleasia, Cultros pro habendi:

Illnibus Amis et admn Rdis DD. Mth. Laurentio Butarni Praeposito, Romualdo Ladwiensi, Josepho Wisniewski, Mtho a Potaczala, Francisco Kolondavici, Valentino Podzynski et Petro Zydulski Rite Dnibus et Professoribus, Collegii Minoribus

Annô Dni 1772. Die Veneris 16. Octobris celebrata fuit Convocatio super segg. Punctis: Imô. Ad relegendas Conclusiones anteriores Convocationis. 2do. ad eligendos Consiliarios. 3tio ad audiendas Rationes Perceptorum et Expensorum Dni Praepositi proxime preteriti, et eadem Regestra approbenda. 4to. ad legenda Statuta Collegii. Cui Convocationi dato loco,

Ad Imum. Quoniam Liber Conclusionum nondum est per Illum Potaczewski sufficienter conspectus, Conclusiones anterioris Convocationis ex charta tantisper sunt relecte, hac salvo, ut in posterum antelate Conclusionis fol. 102. Punctum Imum observetur.

Ad 2dum. In Consiliarios Domus dicti sunt Illres Clmi Mth. Josephus Wisniewski in Imum, et Valentinus Podzynski in alterum.

Ad 3tium. Audite sunt Rationes Perceptorum et Expensorum et Quartuali Trinitatis per Consiliarios facte, patuitque in Perceptis fuisse Fl. 251. in Expensis Fl. 341. g 19. in Superante Expensa Praeceptum Fl. 90. g 18. Quam Calculationem V. Communitas approbavit, Superantem Expensam Fl. 90. g 18. refundendam esse conclusit Anniversario Lamaysiano et Nispis R. P. Benefactoribus Salvis.

hic fol. 102

Ad 4tum. Lecta et auscultata sunt quaedam Statuta Collegiatae Minores concernentia.

Annô Dni 1772. Die Veneris 27. 9bris celebrata fuit Convocatio Domûs super segg. Punctis: Imô ad relegendas Conclusiones anteriores Convocationis. 2do. ad eligendum D. Praepositum pro futuro Quartuali. Tum ad alia &c. Cui Convocationi dato loco:

Ad Imum. Relecte sunt tantisper ex secundo folio Conclusiones anteriores Convocationis ob rationem hic supra sub die 16. Octbris expressam. Et quoniam Illris Potaczewski Conclusioni sub die 6. 7bris Anni Cur. hic fol. 102. late adusque non satisfecit, idcirco per Illum Praepositum Horendum esse V. Communitas conclusit, aliàs nisi anteriorem Convocationem Jnâ Octa proxime futuram supradate Conclusioni idem Illris Potaczewski satisfecerit, reassumendam esse Conclusionem sub die 2do Augusti Anni Cur. hic fol. 101. latam.

Ad 2dum Electis Praepositi Certas Causas ad futuram Convocationem dilata.

Annô Dni 1772. Die Veneris 4. Decembris celebrata fuit Convocatio Domus super segg. Punctis: Imô. Ad relegendas Conclusiones anteriores Convocationis. 2do. ad eligendum vel reeligendum D. Praepositum. 3tio. Ad approbandas Rationes precedentis Quartualis. Tum ad alia &c. Cui Convocationi dato loco.

Ad Imum. Ex relectione Conclusionum anteriorum Convocationis tantisper ex charta ob rationem supra datam Imô Illris Potaczewski retulit se jam pridem etiam soluto pretio obligasse Ejum Gajewski ad Manifestationem contra Ejum Kazanski Plenorum Villae Lisc Rdis Czapleu Renitentium conficiendam actisque Renestralibus inseriendam, quod cum idem P. Gajewski non effectuaverit, Illris Potaczewski Formam ejusmodi Manifestationis produxit, actis Renestralibus inserendam,

ejusdemque Extractum, simulatque cum Inventario dicti Prædii Czapsen per se conscripto, Libro Conclusionum, ante Octavam Immaculatæ Conceptionis B. V. M. Anni Curr. ingrossandum bona fide appromisit. 2do. Collectionem debitorum Collegii et Collegiaturum sibi præcommissam, jamq. in parte confectam, in toto confficiendam, infra Octavam ejusdem Immaculatæ Conceptionis, Illmi Laskiewicz ad mensam se præsentaturum declaravit. 3tio. ad perficiendum Registrum ibidem Illmi Polanowski spatium bimarum Septimanarum petiit et obtinuit. 4to. Conclusionem Universitatis de restituenda pecunia ambulatoria, extrahendam, Illmi D. Kalendowicz, si dictæ Conclusiones eidem conscribendæ offerantur, sua sponte appromisit.

Reelectio Præpositi.

Ad 2dum. Iidem Illmi Amus M. Laurentius Bularni Collega Minor et Juridicus Vocatus, ex suffragiis, in Præpositum Domus pro futuro Quartali reelectus, simulatque extradendæ per V. Officium Portionis Nowiczyszane, datus consensus.

Rdum applausu lata.

Ad 3tium. Quoad Rationes Perceptorum et Dispensorum per Illum Præpositum pro mensa immediate præcedentis Quartalis, nondum sunt totaliter p. DD. Consiliarios revisæ, idcirco eadem adæquate revidendas, factam deinde revisionem ad mensam præsentandam, approbationemque obtinendam V. Communitas concludit.

Tempus, locus et modus audiendarum Rationum Præpositi Domus.

Et incidenti de tempore, loco et modo audiendarum hujusmodi Rationum, hic ad Refectorium Domus Majoris, perpetuis Ad panis in Statutis descriptis observanda, V. Communitas concludit. Die Jovis dicturam Nonarum Præpositi proximè antecedente, horâ matutinâ aperta cum Statuta, Præpositus cum Registris plenè ac mundè descriptis et Conclusionibus Consiliarii, omnes officiosè ladis manibus ad Stubam Communem convenirant, in casu rigidi frigoris ad Consiliarium Majorem, ibidemq. hoc negotium, quod eorum Conscientiæ committitur, omni diligentia, recto favore, expediant, singula examinata, scrutinata, et computata Rationes, si nihil dubii occurrat, Consiliarii suis Illmis insinuant, V. Communitati in sequenti Convocatione ad approbandum præsentanda.

Præpositura 2da.

M. Laurentii Bularni Rmi Dñi, Collegæ Minoris, Juridici Vocati.

Anno Dñi 1772. Die Martis 18. Octobris, Celebrata fuit Convocatio Domus super segg. Punctis. 1mo. ad audiendam petitionem cujusdam Magistri Communitati Domus Minoris se incorporari volentis. 2do. ad relegendas Conclusiones antecedentis Convocationis. 3tio. ad approbandas Rationes præcedentis Quartalis. Cum ad alia. Rui Convocationi dato loco

Incorporatio Cl. Znaczeckii

Ad 1mum. Instituit petitionem officiosam Amus M. Andreas Znaczeckii Rmi Dñi, Mathematici Pfr. Contubernii Polonicalis Senior, quatenus incoporetur, ad Privilegia, Participationes, Dismembrationes, mensam, Vocem activam et passivam, habitationemq. admittatur. Et V. Communitas salvo recursu ad Domum Majorem pro evacuandis quibusdam dubiis, Pondus Rmi Andream Znaczeckii incorporavit, et ad præmissa omnia admisit, habitationemque Stubæ Communi proximam consignavit, quæ cum apta inhabitabilis, mansionem in Contubernio, donec ejusmodi habitatio debite repararetur, permisit.



Ad 2dum. Relectis Conclusionibus antecessionis Convocationis: Imo Illus Praepositus retulit, se vidisse Extractum authenticum requisitae Manifestationis contra G. Rzepowski apud Illum Potaszewski nuncdecumbentem, pinde V. Communitas, attenta ejusdem infirmitate, executionem praenominatae Conclusionis Lie fol. 109. dilatulit, monendi tamen curavit, ut quamprimum reconvaluerit, eamdem manifestationem simul cum Inventario Libro Conclusionum inscribere non retardaret. 2dò Gratiis datis Illi Ladislaico pro collectione praecommissorum, hoc idem negotium V. Officio commissum. Item ut repositam in Archivo Summam, sibi in toto praenumeraret. Item ut retentos et remanentes apud quosdam Collegiatos Respectores Census reciperet, et in Archivo reponeret. Item ut eadem Collectionem distinctius exponeret, caeteraque alia, quae pro sua activitate ac maturitate, ravenit esse necessaria, perficeret, ac de praemissis in proximè sequenti Convocatione V. Communitatem sufficienter informaret.

Item ad Illum non inscriptas appbão dilata

Ad 3tium. Stando Conclusioni 1747. die 24. April. tum Anni Currentis die 4. Illis Ex incidenti, latis, quoniam Rationes Perceptorum et Expensorum nondum sunt Libris per DD. Consiliarios inscriptae, eadem pro primi respectivis Libris inscribendas, ad hanc sessionem praesentandas, pro obtinendâ approbatione, V. Communitas commisit. Praesentibus Illibus CC. ac Dño Dño M.M. Laurentio Bulanni Praeposito Romualdo Lachiewicz, Josepho Wisniewski Consiliario Imo, Antonio Jarzębski, Valentino Rzeczyński Consiliario 2do, Petro Rzydulski et Andrea Znaczelski Consiliariis Dñis Dñbg et Pñbg, Collegis Minoribus.

Anno Dñi 1773. die Sabbathi 9. Januarii celebrata fuit Convocatio Domûs Extraordinaria exigentibus negotiis, super sequentibus Punctis: Imo Ad relegendas Conclusiones antecessae Convocationis. 2dò. ad producenda Regestra Perceptorum et Expensorum Praedii Czuszow. 3tiò. ad producenda Regestra Villae Sidzina. 4to. ad disponendum de Praedio Czuszow. 5to ad disponendum de Villa Sidzina. Cui Convocationi data loco:

Ad Imum. Quoniam ex relectione Conclusionum antecessionis Convocationis constitit, praecommissa ad 2dum negotia nondum esse effectuata, hinc V. Communitas stetit in commissis, promissionemque Illis Potaszewski Regestri Viridis intra tres dies conficiendi acceptavit.

Ad 2dum. Illus Potaszewski produxit Regestrum Perceptorum et Expensorum Praedii Czuszow à die 24. Junii 1771. ad diem eamdem 1772. Cujus Revisionem V. Officio, assumpto Illo Jarzębski uti Procuratore, V. Communitas commisit, simulatoque productionem Regestri à die 24. Junii ad diem 1. Jan. 1773. Illi Potaszewski commendavit.

Ad 3tium. Productionem Regestrorum Villae Sidzina, Illus Potaszewski post hebdomadam appromisit.

Ad 4tum. Dispositio de Praedio Czuszow ad adventum Illis Jarzębski dilata.

Ad 5tum. Ad administrandam Villam Sidzina Illus Potaszewski et Dñus Rzydzyński concurrentes, petitionem instituerunt. Et V. Communitas, eo attento, quòd eadem Bona Villae Sidzina per seipsam totam, ad mentem Conclusionis sub die 7. Augusti 1772. ad 3tium hic fol. 101. latae, ritè ac debitè administrare immediatè non possit: licet quidem votis utriusque Concurrentis vellet favere; sed quia Illi Pota-

oscewski obstat Imo proximus ad regendam Colonian Kinczorien-
sem, cujus per Conclusionem Universitatis 18. Julii 1772. ad Illum. Director
est constitutus. 2do praeallegata Conclusio Domûs de 1772. die 7. Augusti
ad Illum. fol. 101. lata, quâ mediante, ob certa motiva, eadem Villa Sidzina
spe per officium recepta est. Jam veró, Cmo Sidzynski Cursus Philoso-
phicus sequenti Commilitone inchoandus, quô continuam Professionis
exigit praesentiam, ob quam rationem is idem administrationem Villa Ci-
stow hic ad Illum. antecedenter recusarit; iisdemque utrumque ab hoc officio
gravaminoso liberum esse voluit. Et cum non habeat quempiam alium de gremio sui concurrentem, quem juxta Decretum Conventionis hic incorpo-
rationis, in administratorem eligeret, proinde stante hoc defectu, et valunde urgente necessitate, Extraneum Professorem rei oeconomicae bene gnarum, Villa praelibata Decreto, eligendum esse censuit, et in continenti Illum M. Andream Cruelli hic Illum. Theologiae Prem. in eundem administra-
torem dictae Villae Sidzina, communi assensu elegit et constituit. Illum ad
regendum eidem electo administrationis regimen, Illum D. Praepositus
cum Illo Wisniewski Consiliario Imo deputarit. Salarium autem
eidem administratori quoniam semper omerendum erit,
nec alius conservandus est praesente administratore, florenos Ducentos
annuatim solvendos concludit, et eglum proprium alendum ibidem
servabitur. Benebitur veró idem administrator omnem diligentiam
in re oeconomica adhibere, Regestra debitè et fideliter conscribere,
ac Illo Praeposito extradare, tum saltem semel quolibet mense de
statu rujus de Villae Communitatem per Illum Praepositum informare.

Sub puncto. Qui ad alia. Revocata est in memoriam Conclusio Do-
mus de 1772. die 20. Febr. ad gnum ex Relectione hic fol. 107. lata
de colligendis Professionum per suos respectives Professores, aut com-
Praesentantes Instrumentis, ac Libro Secretivo inscribendis sub pa-
na ibidem expressa Carentiae omnium Dismembrationum, cujus Con-
clusionis effectuandae spatium annuum ibidem est concessum.
Praesentibus Illmis ac Rdis DD. Laurentio Bulanni Praeposito,
Arnualdo Lasuiewicz, Josepho Wisniewski Consil. Imo. Mathia
Polaszewski, Francisco Kolendewicz, Valentino Sidzynski Consil. Ado,
Petro Sydulski et Andrea Inaszewski Phiae Docty et Physty. Col-
legii Minoritici.

Anno Dni 1773. Die 4. Febr. Celebrata fuit Convocatio Do-
mûs super segg. Punctis. Imo ad relegendas Conclusiones anterio-
res Convocationis. 2do ad audiendam petitionem cujusdam Magistri
Communitati Domus Minoris incorporari volentis. 3tio. ad appro-
bandas Rationes Procuratoris Domûs. 4to. ad eundem Procura-
torem eligendum vel reeligendum. Tum ad alia &c. Cui Convocationi
dato loco.

Ad Imum. Ex relectione Conclusionum, iterum commissa
eidem quibus supra, committuntur. 2do Regestrum Visitationis ad quem
de jure pertinet, cura et animadversioni Illmi Praepositi commissum.
3tio. Rationes Perceptorum et Expectorum praecedentis Quartalis
per DD. Consiliarios factae, ac ex Libris respectivis productae, approbatae
sunt, salvâ reflexione Pti. 90. 4. Illmi Praeposito faciendâ. 4to. Productioni
Regesterorum Villae Sidzina, Compoti ad Quadragesimam protractum. 5to

administrator Sidzinen. in defectu Extranei.

Libri Professionum conscribendi.

Administrator Cmpsov. constituit.

Rogatus est Illmi Jarzelci, ut tantisper viâ administrationis ab Ao Orientl 1773. ad Festum S. Joannis Baptistæ Ao 1774. de Rediio Czepsow curam habere, ad quem introducendum delegatus Admus M. Valentinus Pedzynski Consiliarius 2dus, Calculatione per antecedaneum ad tempus Venturæ, revisione per præsentem Administratorem Bundi, Inventarii, ædificiorum, Agrorum, eorum culturæ, condominationum, Silvæ, Subditorum &c. restitutione vaccarum, utensilium suppellectilis Rediensis per præsentem Administratorem cum Delegato faciendis, aliisque de jure salvandis salvis.

Incorporatio Admi Jaworskii

Ad 2dum. Petitioni Admi et adm Rdi M. Nepomuceni Jaworscki Rhdæ Dni. Matheseos Pfni. officiosè, ac adimpletis omnibus formalitatibus instituta V. Communitas deferendo, Eundem ad suæ Privilegia, Participationes, Vocem activam et passivam, Mensam, Habitationem &c. quam Eidem Bibliothecæ proximam consignavit; admisit, facta permissione alibi habitandi, donec sua habitabilis reparetur.

Reliquorum Punctorum decisio ad proximè sequens Sabbatum dilata.

Anno Dni 1773. Die Sabbati 6. Febr. Continuata fuit Convocatio immediatè cœpta, ac in diem hodiernam dilata, in qua

Approbatio Anni Procuratoris

Ad 1um. Licet quidem juxta Anni præteriti Electionis Procuratoris Constitutum Rhe fol. 77. quolibet Quartuali perdi Rationes Præpositi eorum V. Communitate calculus per D. Procuratorem Domus fieri debuit; sed cùm hoc tempore Illmi Jarzelci Procurator Domus, quâ etiam Generalis Bonorum Universitatis Oeconomus, absens fuerit, proinde salvo eorum in posterum præstando Conclusionis puncto, Calculum ejusdem Procuratoris productum V. Communitas approbandum esse censuit, prout approbavit.

Electio Procuratoris Domûs

Ad 2dum. Cùm Illmi M. Antonius Jarzelci ob continuum eorum absentium officiis Procuratoris se non posse satisfacere referret, ac defacto renuntiaret, proinde V. Communitas Eumdem pronuntiando liberum, in locum Ejus Admum M. Valentinum Pedzynski Rhdæ Diem, Collegam Minorem, in Domus sue Minoris Procuratorem eligendum esse censuit, prout salvis terminis et articulis supra hic fol. 77. expressis, de recepto ab Ipso Juramento elegit ac constituit.

Portio ex anniversario ab Exti. deregata.

Sub Puncto Cum ad alia, Intulit Illmi Polaczewski se immemoratos dismembrationis et Anniversaria Rerum Ao 1771. privatis fuisse, ad eandemque Anni Exacti 1772. pertinere. Facta inductione per Illmum Præpositum, et pluralitate votorum, quandoquidem ad utrosque Anniversaria absens fuit, negativè responsum, Intestatore apud Præsentibus Illmis Cc. adm RR. MM. Laurentio Rudawski Præposito Romualdo Lasocinski, Josepho Wisniewski Consil. 1mo, Mathia Polaczewski, Antonio Jarzelci, Valentino Pedzynski Consil. 2do, Petro Rydulski, Andrea Znaczelski et Nepomuceno Jaworski Rhdis Dnis & Pfnis, Collegis Minoribus.

Anno Domini 1773. Die Veneris 26 Februarii, Celebrata fuit Convocatio Domûs super segg. Punctis: 1mo. ad relegendas Conclusiones anteriorum Convocationum 2do ad eligendum P. Præpositum Domus pro sequenti Quartuali. 3tio. ad deputandos Scriptores Regestrorum 4to. ad audiendam relationem Delegati ad Rediium Czepsow. Cum ad

alia &c. Cui Convocationi dato loco:

Ad 1mum. Ex selectione Conclusionum anteriori Convocationi commissa nondum effectuata, iisdem quibus supra, serio commendantur. Recidiva Registrorum Bodii Cruscen. à die 24. Junii 1772. ad diem Febr. 1773. quo die postea administrationi idem Bodium submotum est, tum Registra Villae Sidina ex Ao 1771. in 1772. quoniam Quadragesima jam incepta est, ad Illm Potaczewskii quantocyus requirenda esse conclusum.

Ad 2dum. In Praepositum Domûs pro futuro Quartali, ex revocationis electus est Illmus M. Nepomucenus Zaworskii Phil. Dr. Matheseos Pfr. Collegii Minor. Olmutzien. Canonicus, Geometra Juratus.

Ad 3tium. Revisores Registrorum D. Praepositi, deputati sunt Dd. Confitiarii, salva Conclusione 1772. die 4. Mens. Et incidenti hic fol. 109.

Ad 4tum. Amûs Podzynskii ad introducendum novum administratorem, et recludendum Bodium Cruscen. Delegatus, ea temporis decumbens, non potuit plenam relationem facere; praemonuit tamen V. Communitatem magnam ruinam, multaque detrimenta reperiri, quae omnia fusius plenius describenda V. Communitati praecommisit. Relatio de Bodio Cruscen.

In Contenente. Quandoquidem Illmus Potaczewskii absens est, et Perill. D. Procurator Universitatis de resolutione Consus Cruscensis d. Ao 1771. in 72. Universitatem concernentis per Bidellum instituit: alias ex dismembratione Universitatis Singulos Collegiatos Minores concernentibus dictum Consum se refecturum appromisit. Cum plura alia negotia Collegii Minoris cum eodem Illmo Potaczewskii occurrunt inter cetera 1mum quia Decretum Incorporationis Villae Sidina, tum Munimenta Bodii Cruscen. nullo jure retinet. 2dum quia Registra Villae Sidina ex 1771. in 72. et Bodii Cruscen. à die 24. Junii 1772. usq. 8. Febr. 1773. totiesq. requisitus non reponit. 3tio quia in Inventario utriusque Villae tanta tam administratione pluribus damna fecit. 4tum quia Consus quosdam alios pro Cruscensem almae Universitatis, apud se retinet. 5tum. quia Registra utriusque Villae falsi convicta reddidit. Proinde V. Communitas quartali ad Consum Cruscensem Universitatis ex Ao 1771. in 72. rogandum ex Perill. D. Procuratorem, ut patienter adinterim hujusmodi dissolutionem expectet donec negotium cum Illmo Potaczewskii expeditum fuerit. Quantum vero ad negotia cum Illmo Potaczewskii, cum V. Communitas per se solam non posset, ut totiesq. curavit, haec sopire ac definire, eundem Illmum Potaczewskii per Illmum Praepositum Dnum et Confitiarios suos ad stetit V. Communitatis nomine, non expectata alia V. Communitatis Conclusione, super praemissis omnibus ac singulis, tum aliis, si quae occurrerint, ad judicia Magnifici Dni Rectoris, pro prima Junii, indilate adeitanda, ubicunque Vallam hanc debite promovendam esse, unanimiter conclusit. Praefatis Illmis, Cl. Mis M. Laurentio Budroni Praeposito, Romualdo Leffnerio, Valentino Podzynskii, Petro Sydalskii, Andrea Znaczeckii, et Nepomuceno Zaworskii Phil. Dnis et Pfris, Collegii Minoribus.

Anno Dni 1773. Die Veneris S. Martii. Celebrata fuit Convocatio Domi super sequ. Punctis 1mo. Ad relegendas Cones anteriorib. Convocationis. 2do Ad inveftiendum D. Praepositum nuper electum. 3tio. Ad approbanda Registra praecedentis Quartalis. 4to. Ad producendos Libros Praefectionum conscriptos. 5to Ad videndam Calculationem D. Procuratoris Domûs de percepto hoc Quartali Crediti. Cum ad alia &c. Cui Convocationi dato loco:

Ad 1mum. Relectis Conclusionibus negotia nondum effectuata iisdem commissa sunt.

Ad 2dum. Inveftitus est more solito in Praepositum nuper electus Illmus Et. Adm Rdus M. Nepomucenus Zaworskii Phil. Dr. Mathesios Pfr. S. Cruciferi fructumq. dit.

Has Conclusiones decreto Quartalium manu sua Praepositi eo tempore existentis, ad alterius Collegiati praesentias, die 8t Junii 1773 V. Communitati praesentatas, ab eadem acceptas et approbatas ac pretes habitas subscripsit M. Andreas Znaczeckii p tunc Praepositus mpp

Romualdus Leffnerius Colleg. Minis
Consiliarius mpp

M. Val. N. Podzynskii Collegii Minoris
Consiliarius vidus mpp

Præpositura 1ma

M. Joannis Nepomuceni, Ignatii, Gaworski Philosophiae Doctoris, Matheseos Professoris, Collegæ Minoris, Anno 1773.

Investitura Præpositi.

Anno Christi 1773, Die 4ris 5. Martii, extradita fuit Convocatio per Illustrem Clarissimum D. M. Laurentium Bularni, quà Antecedaneum Præpositum Domus Nostræ Minoris, in ordine ad investiendum Præpositum Die 4ris 26. Februarii noviter electum, et datò ei Rectoratus.

Deum Convocationi Venerabilis Communitatis consensu loci, ego M. Joannes Nepomucenus, Ignatius Gaworski, stante Rectoratu Magnifici, Perillustris et Admodum Reverendi Domini D. M. Joannis Rygalski Sæ Theologiæ Doctoris et Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatæ Sti Floriani Olegardiæ ad Cracoviam Custodis, Parochialis in Antiqua Korczyn Curati, Contubernii Seloriani et Colonicæ Academicæ Neo-Corcyrensis Provisoris, Domini Patris Protectoris Gratiosissimi, in dictum Magistratum investitus sum. Et in continenti pro more solito Præpositantibus, petii à V. Communitate, extradandam mihi portionem conspectam ex Fundatione Novicysciana pro necessariis Mensæ Communis, cujusmodi petitioni uti justæ, V. Communitas libenter annuit, perque Officium Domûs Florenos Polonicales 120 recepi.

Extradicio portionis Fundat. Novic.

Subeodem Actu, processi ad alia puncta, honestatem, utilitatem, communemque Communitatis concernentia, idq: 3tio Ad approbandas rationes immediati Præpositi. 4to Ad producendos Libros cum Matrimentis Professionum per suos respectivos Collegiatos Professores, aut eorum Clericipotentes. 5to Ad audiendam Calculationem Procuratoris Domûs. Tum ad alia &c: Cuncta 1ma et 2da Convocationis istius, videatur ad finem folii 113. in hoc Libro.

Cuncta resigna Convocationis.

Ad 3tium. Approbata sunt Regestra cleapsi Quartualis tam in Perceptis quàm Expensis, per Illustrem Præpositum Antecedaneum facta, salvâ Expensarum pro Mensa communi non erum Libro inscripta fuerunt sive Librum convertuntur, ad usque negotii ulterius comparatura, ingressationem Expensarum item in Czyszow in scoriva Schida D. Administratori dictæ Villæ porrigenda connotatione, et residui pecuniæ Czyszowiensis Florenos 86. gr 7. ½ in Archivo reponitione.

Resolutio ad Tractatum 3tium.

Quod quidem Tractatum, immediate investitus ad effectum deduxi, atque specificatos Florenos 86. gr 7. ½. præsentibus Illustribus Consiliariis in Archivo Domûs Nostræ reposui, cum adjunctâ Schedâ de sequenti = Cro Mediis Nro 7 à Flor 17 Stipendiis Czyszowiensis diversitâ ad Regestra immediati Quartualis pro Perceptis in Summa Flor 119. inducta, ex mente V. Communitatis dominis Expensis Florenos 32. gr 22. ½ pro Negotio Czyszowiensis, ego M. Joannes Nepom. Gaworski Collegii Præpositus, residuum Florenos 86. gr 7. ½ reposui.

Reposicio in Archivo Flor 86. gr 7. ½

Ad 4tum Productiones Librorum cum Matrimentis Professionum per suos respectivos Collegiatos Professores, aut Clericipotentes eorum quartum attinet, audiamus. Illustris Dnus M. Joannes Wisniewski Librum Professionis suam concernentem non produxit, ex ratione: sibi significatum Librum Professionis suæ non produxit, ex ratione: sibi significatum Librum Professionis suæ non produxit, ex ratione: sibi significatum Librum Professionis suæ

Ad 5tum Quoniam Regestra D. Procuratoris Domûs, adhuc apud Antecedaneum D. Procuratorem haerent, quare noderni Procuratoris Calculatio faciendo differtur; qui ore tenus retulit V. Communitati, se tantùm ex Bonis Wgkadlow, Illustris M. D. Slawoti Haereditariis ad rationem retentorum Consumi, inquè florenos 297 recepisse, à Antecedaneo D. Praeposito reddi, quem admodum reddidit. — Calculatio Procuratoris differtur.

Sub Puncto tum ad alia. 1mo Instituendo anterioribus Conventionibus Anno 1733 d. 30 Octobris Act. Vet. fol 11. Item 1739 d. 27 Novembris ibid. fol. 59. Item 1772 die 9tis 21 Februarii fol 75 celebratis, Conclusionibusque in iisdem salubriter formatis, ut in post ob rationes expressas ex Libro Conclusionum Acta dicto, Conclusiones insignire legerentur, requibus Librum praeventem pro more solito Praepositatibus circa Investituram, inque eo vitae Institutionem Praepositurae Illustris D. M. Valentini Codzynski investitam competentem, induxi: quidnam tempus debeat destinari ad Conclusiones conscribendas Diurnum Quartualium Illustris Codzynski, qui avidus Libro eadem inserendi, & praeterea retuli manere duo Quartualia Illustris D. M. Laurentii Butarni exposit Praepositatis identidem Libri Conclusionum inserenda. Itaque Illustris Codzynski Conclusiones Diurnum Quartualium retentas, Libro huic ingrossandas, in spatio duarum Septimanarum promisit. — Conclusiones Libro huic ingrossandae commendatae.

2do Conducitur est Regestrum noviter comparatum, labore curâ & industriâ Illustris D. M. Petri Rydulski anno 1771 communis comitiis compositum, referens Percepta & Expensa Communia Ambulatoria, Cera, Utensilium, tum Consumpta Extraordinaria in Archivo repositorum, in loco destinando asservandum, quod quidem Regestrum custodiri in Archivo Domûs ut conservetur, unanimiter conclusum est. — Regestrum Percepta Communia Ambulatoria, Cera &c. in Archivo conservandum.

3tio Data est facultas Praeposito Domûs transferendi Libros Collegii ut Statutorum variorumque Monumentorum ad Residentiam extra Collegium, propter defectum commodi in Collegio manentes, salvâ eorum diligenti conservatione, ac publici pateant. — Facultas data Praeposito transferendi Libros extra Collegium.

4to Non admissa est petitio Illustris Butarni ad Collegium Jurisperitorum inante Vocati, pro participatione de mensa Ulteriori; neque ad Responsiones futuras, pro dicto Collegio, idque in Juramento Legis Novellae, quâ Vocati ad Superiora redeuntes ex Colonis ad quatuor tantùm Mensas praesentes verò Collegium, sive praesentes Cracoviae, ad Mensem sex if de Mensa Communi participare debent. — Participatio de Mensa pro Vocatis ad Superiora.

5to Per Praepositum Domûs, & Confratres, suo, totiusque V. Communitatis Nomine, Illustris D. M. Mathias Potaszewski ad Judicia Magnifici & Magnificissimi Domini Rectoris Universitatis Nostrae super Gravibus Lib fol 113 exaressis Advocatus, quo die Termini edendi, suam petitionem in facie V. Communitatis instituit, ut liber à Processu Suis inchoando redderetur. Verùm V. Communitas ut tribus curavit, nodius pacis cum praedicto Advocato praecedens, cum negotia dicta Lib fol 113 exaressa, agere & defendere pro se adam non posset, standum esse Citatori concluserit. — Processus diurni cum Illustri Potaszewski inchoatur.

Praesentibus Illustribus &c. & Admodum Reverendis DD. M.M. Isaaci Nogomnicio Sawostki Praeposito, Bernardo Laskiewicz, Josepho Wispiowski Confratribus Ano, Laurentio Butarni, Mathia Potaszewski, Valentino Codzynski Confratribus 2do, Petro Rydulski, Andrea Zaczetski, Philosophiae Doctoribus & Professoribus, Collegis Minoribus. — Praesentia

In causa cum Illustri Potaszewski Citato, Processus coram Magnifico Domino Rectore adhuc agitatur. Ex quo specialiter hac de causa mea Praepositura convocatum. In termino primo d. 9tis 5. Martii st. currenti 1773 ad petitionem Domus Minoris ante omnia ratione repositionis Documentorum tam Collegiatis Minus, quam suam Professionem concernentium, necnon aliis, concernentium, Illustri Domino Potaszewski indultum ad judicio destinatum est, ut Documenta singula in Cancellaria Magnifici Domini Rectoris reponeret, inque primo Juramento super omnium repositione, nullisque Documenti occultatione. Cum vero Illustris Citatus, in Praesentia M. Isaaci Nogomnicii Sawostki quâ Praepositi, necnon Illustrium M.M. Josephi Wispiowski & Valentini Codzynski tunc Confratrum non omnia Documenta reponeret, ad Juramentum admissus non est. Missis aliis hac in Causa Collegii Decretis, die tandem Dnae 10 Maji st. eodem 1773 per Decretum Magnifici Domini Rectoris, praedictus Illustris Citatus Mensa communi, & Dispensationibus Consuetis suam in Collegio Minori conservantibus, privatus est. — Processus cum Illustri Potaszewski continuatur.

Repositio Documentorum Communium concernentium

Absolutio à mensa & dispensationibus.

C. Sawostki

Recepitio in Archivo Fundationis Zawarcianæ.

Anno Christi 1773. Die 8ris 10 Martii. Detuli ad Mensam V. Communitatis ne recepisse in præsentia Illustris D. M. Josephi Wiśniowski Cornicularii Primi à Venerando Capitulo Cracoviensi ex Fundatione Zawarciana pro Catechismo ad rationem Florenorum trium nongentorum 1770. fol. 72. Die 20 Junii Ao 1772 terminatorum, Florenos 112. gr. 15. quam Pecuniam ex dictorum V. Communitatis in Archivo Domûs Nostræ præsentibus Illustribus DD. MM. Josepho Wiśniowski & Valentino Codzyński ibi Consiliariis reponi.

Recepitio Censuum in Archivo.

Præsentibus itidem Dominis Consiliariis Ao & Die ut supra, Censiones ab Antecessore Illustri Domino Præposito mihi redditas, idque concurrentes Census Flor. 46. gr. 14. 1/3, Illustrem D. M. Joannem Ambrożewicz Flor. 40. gr. 11 2/3 Illustrem D. M. Matthiam Cotarscewski Flor. 40. gr. 11. 2/3, in Summa Flor. 127. gr. 7. 2/3 in Archivo Domûs reponi.

Convocatio 2da

Anno 1773. Die 7ma Aprilis. Celebrata fuit Convocatio Domûs super sequentibus Punctis. 1mo Ad eligendos Novos DD. Consiliarios, pro instanti semestri, & ad audiendas rationes pretentæ Commutationis DD. Consiliariorum. 2do Ad legenda & authenda Statuta Domus concernentia. Tum ad alia &c. Cui Convocationi dato loco:

Absens à Convocatione in Consiliarium non potest eligi.

Ad 1mum Propositis Punctis in Consiliarios eligendis Illustribus DD. MM. Romualdo Laskiewicz, & Andrea Łagzetski, V. Communitas alteri uniformiter fuit, primi verò electionem ad tempus suspendit, ex eo; quod absens à Convocatione ex temporis spacio. Absentem verò in Consiliarium non posse eligi in Libro Act. Vet. fol. 3 de Ao 1710 & 19 Augusti Scriptum referendo & allegando. Jam verò interioribus DD. Consiliariorum Rationes à V. Communitate auscultatæ & approbatæ sunt.

Ad 2dum Lecta sunt Statuta, Collegiatæ Minoris Domûs concernentia.

Illustris Wiśniowski ad Gloriam Decessus regendas.

Sub Curto tum ad alia. Ao Illustris D. M. Josephus Wiśniowski Discessurus ad Gloriam regendam Jugenvadnam Die 6. Maji discessit. Decessus, Libros penes se retentos ex Bibliotheca Domûs Minoris juxta Schedam redd. Dt. Ao Idem præmisit Librum compactum Documenta Confessionalia Laborianæ continentes, quem in Archivo reponi. Dto Munimenta varia No 13 reponuit. Dto Munimenta Laborianæ concernentia, quæ in Archivo reponi. Illustris M. Wiśniowski petitionem suam instituit ratione superadditæ pecuniæ pro Mensa communi starte sua Præpositura, suæ Censûs Confessionem Laborianas concernentis, verùm petito hac ad plenissimam V. Communitatem dilata est.

Professio Illustris Butlarii, pro Collegio Sandomiriensi.

